UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

Baronio, Cesare

Romæ, 1635

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S. R. E. Card. A Lvdovico Avrelio Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65060

Visual Library

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

A LVDOVICO AVRELIO Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER XI.

Respondēs Vndecimo Authoris Tomo

Chri. Ann. 1001.

ANno à partu Virginis millesimo iā exacto, nouum sæculum redordimur, cuius initiū, non veterum modo, sed recentiorum quoque, qui tum supererāt, complures Antichristi aduentu, atque adeò Mundi interitu funestum futurum, inani vaticinio, euulgauerant. *Inanē vaticinium.*

P. Dā. in Rō. f. 34.

Hoc eodem anno, ac sęculo ineunte Otto Aug. Romam profecturus,

Ra-

Rauennam peruenerat; hìc, Romualdo ſuadente, parum abfuit, quin, abdicato Imperio, Monaſtichum vitæ genus ſuſceperit. id tamen præſtiturũ ſe, poſt Romanos Ciues perdomitos, cum polliceretur; *ſi Romam*, inquit Vir ſanctus, *contenderis, Rauennam ſcito te haudquaquam reuiſurum.* Romam itaque profectus, infidos eos maximè expertus, quos fidiſſimos, ex Romanis Ciuibus exiſtimaſſet, eorum inſidias vix euaſit. ad hæc Creſcentij olim Coniugis amore captus, Vxorẽ illam, an Pellicem ſibi ſociauerit, haud ſatis conſtat. vtcumque, illius eum illecebris, atque inſidijs, veluti Sampſonem alterum interijſſe, plerique omnes tradunt. quippe Vrbe recedentem, vt exortos in Germania motus compeſceret, fruſtrata ſpe Mulier, veneno ſuſtulit chirothecis indito, quas pro amatorio illi munere obtulit; quod ſub ſequentis anni initium accidiſſe ferunt.

Romã venit.

Veneno extinguitur.

Chri. Ann. 1001

Hẽric. Rex e. ligitur Steph. Vng. Rex.

Eo ſublato Henricus Bauariæ Dux, Germanorum Procerũ ſuffragijs, Rex eligitur, cuius Filia Giſela Stephano Vngariæ Regi nuptui tradita prudentia, ac ſanctimonia, Viro ſanctiſſimo, magno, ad res gerendas, adiumento fuit. porrò hoc eodem anno Stephanus à Giula Auunculo, qui apud Daciam, quæ Tranſiluania iam dicebatur, imperitabat, laceſſitus, Prouinciam ei

ade-

ademit, ac Christianam reddidit. Bulgaros quoque, Vngariam inuadentes, repulit.

Oſt. l. 2 c. 38. Quo tempore Northmanni XL. non amplius numero, Hieroſolymis, quò pietatis causa profecti fuerant, reuertentes, excensione ad Salernum facta, Vrbem à Sarracenis obsessam cum vidissent, Hostium castra irrumpentes, Guaimarũ Salerni Principem adeunt, petitisque ex eo equis, atque armis, Sarracenos in fugam vertunt, obsidione Vrbem eximunt. horum virtutem admiratus Princeps, eos nequicquam, Salerni vti subsisterent, hortatus, donis maximis abeuntes prosequutus est. Legatis insuper ad eorũ populares missis, eos ad Coloniam illuc deducendã inuitauit; quæ Siculi, Appulique posteà Regni eius nationis florentissimi veluti semina fuere.

Northmanorum in Italiã aduentus

Chri. Ann. 1003. Siluester interim Rom. Pont. qui ab Ottone Vrbe abductus, post illius obitum eam repetierat, haud diu post reditum superstes, moritur. Extat apud Lateranum inscriptio sepulcralis eius tumulo indita, ex qua conficta à Bennone primum de horrendo eius interitu fabula abundè refellitur. Extant pariter eius lucubrationes nonnullæ, cũ multò tamen plures interciderint.

Syluestri PP obitus.

Eo sublato Tusculanorum Comitum factione Romæ cæteris præpollente, Ioannes Pontificatum adipisci-

Ioãnes XVIII

tur hoc nomine (illegitimos quoque si adnumeres) XVIII. cui, post menses ferè quinque, decimus nonus subrogatur.

Ioăn. XIX.

Exinde apud Galliam Abbo Floriacensis Monasterij Abbas Vir eximius Martyrio coronatur. Chri. Ann. 1004. *Glab. l. 3. c. 3. Sige. Chrō. Hel. gald. in Vi. Rob.*

Roberti Regis demissio.

Synodis hoc tempore apud Galliã frequenter habitis, Roberti Regis pietas magnopere eluxit, quippè non his modo interesse, sed humillimum Episcopis obsequiũ prestare, summæ sibi gloriæ duxit. sanè cum aliquandò Lingonensem Episcopum altiori subsellio insidentem, obesi præ mole corporis, suspensis à terra pedibus adspexisset, suppedaneum ei afferre non erubuit.

Arduigus Tyrănus.

Sub hæc tempora Arduigus Regiũ in Italia nomen, cum Ticino Vrbe Regia, inuaserat. hunc bello petit Henricus; eoque victo Rex ipse Ticini coronatur. verum eodem die, contentione inter Ciues, ac Milites exorta, incendio Vrbs vastata iterum est. Henrico postmodum in Germaniam reuerso, Tremonensis Synodus celebratur, cuius excidisse Acta iure est dolendum. Chri. Ann. 1005. *Ditm. l. 6.*

Duplex Synod.

Hĕrici demissio.

Post hæc Francfordiæ quoque Synodus cogitur, cui cum pariter Rex pius interesset, Robertũ veluti æmulatus, Episcopos in ea alloquuturus, humi procumbens, assurgere non prius Chri. Ann. 1006. *Ditm. ibid.*

VO-

voluit, quam, qui Synodo præerat Moguntinus Archiepiscopus, suis eũ manibus attolleret. actum ea in Synodo est de Bambergensi Ecclesia in Episcopatum erigenda; quod cum in Herbipolensis detrimentum cedere videretur, ægrè tandem, humillimis ad Patres precibus, Rex religiosissimus impetrauit, opulento nouæ Sponsæ patrimonio, dotis nomine, attributo. per idem tempus fame, ac pestilentia terræ Orbis fere vniuersus laborabat. *Bãbergæ Ecclesia.*

Chri. Ann. 1007. *in vit. s. Volf. Sur. 31 Oct.*

Tum Henricus Rex diuino ostento, ad pietatis opera licet propensissimus, mirum in modum incitatus est. visus est sibi per somnium S. Volfgangi sepulchrum, orationis causa, adire, ab eoque caput inde attollente, admoneri, vt characteres in muro propè tumulum legeret, respexit ille, atque hæc ibi inscripta vidit; POST SEX. quæ cum futurum illi Imperium post sex annos, vt res docuit, prænunciarent, ipse expergefactus, mortem sibi post sex dies prædicere suspicatus est. itaque multa pauperibus elargitus, anxius rei exitum præstolatur. porrò sex diebus elapsis, ad sex menses rei euentum delatum credidit, tum his quoque exactis. ad sex annos, quibus demum euolutis, Romæ Augustus appellatus, vaticinium intellexit. *Diuinũ ostẽtum. Ostẽti euentus.*

Chri. Ann. 1008.

Hoc tempore insignes sanctitate Viri Bruno, ac Bonifacius Prussorum *Bruno, ac Bo-*

nifac. mart. Rumu aldi cõ siliũ.

ille, Hic, Russorum Apostolus, Martyrij palmam consequuntur, quorũ æmulatus laudem Romualdus, Romano Pont. annuente, cum Monachis ex suo ipsius contubernio quatuor, ac viginti iter in Vngariam capessit. cæterum eius vix Prouinciæ fines attigerat, cũ, aduersa correptus valetudine, subsistere primò, tum repetere Italiá coactus, socios secum septem, optione omnibus data, reduxit, reliquos ad destinatum munus obeundum, bene illis precatus, dimisit.

Ditm. l. 6. c. 7 P. Da. in Ro. c. 29.

At Ioannes Rom. Pontif. sublato orientalis Ecclesiæ schismate, eaque Romanæ, non sinè labore maximo, conciliata, diem claudit extremum, Successorẽ nactus Sergium huius nominis IV. Petrum antea vocatũ, quod ex eius epitaphio, in Lateranensi Basilica, compertum habemus. id ob reuerentiam Principis Apostolorum, nec ab eo primum factum constat; cum autem a Ditmaro, huius tẽporis Scriptore, Sergius Bucca porci vocatus dicatur (quod non tam nomen, quam agnomen fuisse par est credere) inhonesti huius nominis veluti pudore quodam illud eum mutasse, vulgo est creditum. Per idem tempus Iudæi, qui Aurelianensem incolebant Vrbem, literis ad Babilonis Principem datis, qui Palestinam quoque obtinebat, authores ei fuere, vt sacrosanctum Hierosolymis

Chri. Ann. 1009.

Io. PP. obitus. Serg. IV. Nomẽ mutat

lib. 6.

Iudæorũ molimen.

Glab. l. 3. c. 7 Curop. & Cedr.

lymis, Templum euerteret, quaſi non alia ratione Chriſtianorum arma..., aut occultas conſpirationes auerſurus. fraude apud Galliam primò, tum apud reliquas Chriſtiani Orbis Prouincias cognita, Iudæi vbique trucidati, aut extorres acti, perfidiæ pœnas abundè tum quidem dedere: Templum eodē, quo euerſum eſt, anno, eiuſdem Principis Matre, Chriſtiana fœmina, ſumptus præbente, pari magnificentia iterum excitatum eſt, maiorique in dies frequentia à Chriſtianis cultum.

Tẽplũ ad Chriſti ſepulcrũ

Euerſũ ſtatim excitatur.

Chri. Ann. 1010. Sergio alterum in Pontificatu annum agente, Romæ quodam in Templo (quod nam illud fuerit non traditur) per diem totum oleum è ſolo ſcaturijt, ex quo Ioannes Creſcentij Filius vaſculum ad Henricum Regem deferendum dedit.

Ditm. l. 7.

Oleũ è Tẽpli ſolo manat

Hoc tempore Sarracenorum in Hiſpania Regnum in Toparchias veluti quaſdam diſtributum, pluribus ſub Regulis, ijsque diſſidentibus fuiſſe traditur: porrò Epiſcopi, qui eorum ſub ditione erant, vſu iam recepto, armati in aciem prodibant. itaque hoc anno qui, pro Zeluma aduerſus Almahadiũ dimicabant Auſæ, Gerumdæ, ac Barcinonis Epiſcopi ipſo in prælio (Deo rem nefariam improbante) cecidere-runt.

Marian. l. 8

Epiſcopi bellatores

Chri. Ann. 1011. Subindè coacti Bambergæ Epiſcopi amplius XXX. rogatu Henrici Re-

gis, ad Basilicam recens extructã consecrandam, Sinodo, ea occasione, habita, controuersias complures diremere. de his meminit Ditmarus ex eorum numero Episcopus Merseburgensis, qui & illud addit memorandũ; sacrilegum militem, extructa, ex rebus Ecclesiæ ablatis, domo, in ea mures infestos adeò expertum fuisse, vt denique ad mortem vsquè corrosus ab eis fuerit,

Ditm. l. 6.

Mirũ de sacrilego

Interim Dani, quod antea sæpius factitauerant, Angliam inuadentes. Cantuariam obsidione cinctam, dolo intra mensem capiunt, ac miserè diripiunt, Elfego Archiepiscopo custodiæ tradito. cæterum vulgari correpti morbo ex torminibus, ac dissenteria, ex ipso captiuo apud se Antistite modelam morbo petere coguntur, à quo, carcere educto, pane, ex benedictione, vim miram adepto, vt non humana id arte factum constaret, sanitati restituti dicuntur.

Elfegus.

Sur. in Mart.

Eius miraculum

Per idem tempus Meles Apuliæ Regulus, qui sub Græcorum erat Imperio, ab eis rebellans, Northmannos auxilio vocat, qua illi occasione ea potiti Prouincia paulatim sunt.

North mãni Apuliã obtinent.

At Sergius, Pontificatus anno tertio non dum exacto, moritur, cui sublegitur Benedictus huius nominis VIII. non sine schismate per Gregorium quemdam, factiosorum Ciuium po-

Sergij PP. obitus.

Bened VIII.

Chri. Ann. 1011.

Ditm. l. 6. in fin.

ten-

tentia fultum, conflato; ab eo Vrbe pulfus Benedictus, ad Henricum Re-
Chri. Ann. 1013. gem proficiſcitur; à quo ſequenti demum anno, comparato interim exercitu, Romam reducitur, ac in Sedem reſtituitur. *Ditm. ibid.* ſunt qui tradant præmiſſum ab Henrico Benedictum, haud dubiè *Galb. l. 1. in fin.* copiarum parte inſtructum, vt à Gregorio, eiuſque Aſſeclis vis nulla, aut inſidiæ timeri poſſent.

Chri. Ann. 1014. Nouo ſubeunte anno, qui ſæculi eſt XIV. Henricus Rex cum Cuneſtunda Coniuge miræ ſanctitatis Fœmina, Auguſti nomine Romæ à Benedicto decoratur. nec diu poſtea ibidē moratus Germaniam repetit, cum anteà ſuo, & ipſe, diplomate collata in Rom. Eccleſiam à pijs Principibus priuilegia, ac donationes ratas habuiſſet. Diplomatis authographum Ælia in Arce adhuc ſeruatur, *cuius exemplum, cum alijs quoque collatiũ exemplaribus, apud Authorem hìc habes.*

Hẽricus Romæ. Augustus appellatur. Donationem Rom. Eccl. confirmat.

Chri. Ann. 1015. *lib. 7.* Verum enim verò qui in Rom. Eccleſiam liberalis fuit, alias quoque ſuæ expertes munificentiæ eſſe noluit, qua de re mirum fuit ipſius, cum Auguſta Coniuge pietatis certamẽ. tradit hæc præter alios Ditmarus huius temporis Author à quo illud ſcitu dignum additur, de Herneſto Luitprandi Ducis Filio Principe in primis religioſo. hic in venatione caſu à quodam ſagitta confoſſus, lethali ex vulnere morti

Herneſti pietas.

proximus, vt is, à quo vulneratus fuisset, pœnæ omnis expers esset, etiam atque etiam mandauit; tum quod Presbyteri, cui noxas sacra confessione aperiret, copiam inibi non haberet, omnibus, qui adstabant, aperire eas non erubuit. huiusmodi sanè erubescentiam gratum Deo sacrificium esse, exemplis compluribus edocemur, cæterum id temere ne fieret, S. Leo Pontifex decreto sanxit.

Peccata omnibus pandit

De occulta confessione decretum.

Sarraceni interim, veteri ex vsu Tyrrenum littus relegentes, Romanũ subindè agrum populationibus infestum habebant, ad vsque Vrbis mœnia excurrentes. igitur Benedictus, delectu habito, conscriptoque exercitu non contemnendo, in Barbaros illum predones immittit, à quo, vix paucis fuga elapsis, internecione hostes sunt cæsi. Chri. Ann. 1016. *Dim. ibid.*

Dani vicissim apud Angliam eò potentiæ venerant, vt, vita functo Etelredo, fessi bello Populi, Regem sibi Cauutum Danorum Principem exposcerent consilio sanè haud pœnitẽdo; quippè Rex moribus nequaquam barbaris, Christianæ in primis Fidei studiosissimus Regni statũ sacrum æquè, ac profanum restituit.

Canutus Angl. Rex.

Detecti hoc tẽpore apud Galliam, atque Hispaniam Manichæi audacter crimen fatli, supplicio sese omni superiores futuros stultè existimantes, Chri. Ann. 1017.

Manichæi.

igni

igni traditi, stultitiæ, ac pertinaciæ pœnas dedere.

Chri. Ann. 1018. Sequitur annus huius sæculi duodeuigesimus, quo Ditmarus Episcopus Merseburgensis Vir sanctissimus historiæ simul, vitæque finem imposuit ætatæ adhuc florenti, quo factum, vt nec cultum opus, nec ad multos deductũ annos reliquerit, longius illud haud dubiè, si plures vitæ anni suppetijssent, productur us. vtcumque magnæ ipsi laudi, atque Ecclesiæ bono cessit, quod præclaris argumentis, exemplisque catholicam Fidem egregiè testatam reliquerit aduersus gentiles suos apostatas Nouatores, qui, nostro hoc sæculo, emersere. *Ditmarus Historicus.*

Ostien. l. 2. c. 13. & 38. Hic idem annus est, quo Northmanni Apuliam, vt diximus, insidentes, Romani Pontificis hortatu, bello aduersus Græcos susceptο, præclaras de his victorias retulere. *Northmanorũ victoria.*

Chri. Ann. 1019. Post hæc idem Pontifex, Henrico Aug. vt morem gereret Bambergensem Episcopatũ confirmaturus, Germaniam petit. Nec leuis sanè causa fuit; quippè Rex pius non eam modo Ecclesiam, sed Vrbem ipsam Romanæ Ecclesiæ dono dedit annuo pro ea censu constituto; quam vt recipe- *ad an.* 1053. ret, Henricus Iunior Leoni IX. Beneuentum Campaniæ Vrbem attribuit, Chri. Ann. 1020. vt suo loco referemus. Exindè Italiam repetens, author Augusto fuit, vt, validis *Henrici pietas. Bambergã Rom. Eccl. donat. Bamberga Beneuento mutatur.*

lidis cum copijs in eam ipse descenderet ad Græcos indè propulsandos.

Hēricus Italiã petit.

Igitur delatus in Italiam ingenti cũ exercitu Henricus, Pandulfum Capuanum Principẽ, qui studere Græcis, præ cęteris videbatur, in deditionem accipit, Vrbesque indè plures expugnat. tum Cassinense Cœnobium Pontifice sibi adiuncto, inuisit, vbi, cum dolore calculi cruciaretur, D. Benedicti ope implorata, diuinitus sanatus ab eo est. Chri. Ann. 1021. 1022. *Ostien. l. 2. c.* 40.

Diuinitus sanatur.

Seditio ob Decimas.

Contigit hoc eodem tempore Polonorum Eccleſiã consspiratione Nobilium Decimas soluere abnuentium, mirum in modum perturbari, in quos religiosi Principis seueritas capitali etiam supplicio animaduertit.

Guido Musicus.

Postremis hisce Benedicti Papæ tẽporibus Guido Monachus Aretinus eximius musicæ artis Magister, eiusdem Pontificis accitu, Romam venit, compẽdio illam Romanis Adolescentibus traditurus, cuius rei nouus, ac mirus artifex fuisse dicitur.

At Benedictus, pij Cæsaris æmulatione, opulentis Cassinensi Cœnobio collatis donis, sacrosanctas quoque reliquias ex Lateranensi Basilica magno numero adiecit. Chri. Ann. 1023. *Ostien. l. 3. c.* 28.

Hērici & Roberti

Augustus porrò pacatam relinquens Italiam, dum natale solũ repetit, cum Roberto Gall. Rege in colloquiũ venit. certatum ab eis est, non officijs *Glab. l. 3. c. 3.*

modo,

modo, atque muneribus, sed, raro ad posteros exemplo, christiana quoque pietate, atque animi moderatione singulari. *collo- quiũ.*

Sur. in vit. S. Gothard. Eodem anno generale totius Germaniæ Antistitum Concilium Moguntiæ celebratur. *Synod. Mogũtina.*

Chri. Ann. 1024. Ostien. l. 2. c. 27. & 58. Glab. l. 4. c. 1 Nec ita multo post Benedictus Papa moritur, cum annos sedisset XII. successorem Ioannem germanum Fratrem sortitus, qui, laicus cum esset, ex Tusculanorum Comitum stirpe, potentia apud Romanos maxima pollens, malis artibus Pontificatum adeptus est, quem tamen eum sponte deposuisse quidam tradunt, ac tum demum ritè electum. Moritur eodem anno Henricus Imp. cuius, vt innumeræ, atque eximiæ sunt laudes, ita nulla admirabilior illa, qua Cunegundem Coniugem Parentibus intactam, vti acceperat, moriens reddidit, perpetuam cum ea castitatem pactus. itaque ambo postmodum in sanctorum numerum relati sunt; vt famam, ac cultum propagarent, qui propagare genus neglexissent ferunt Sanctissimã Augustam nefariæ, cum Milite, consuetudinis apud Virum aliquando insimulatam, ad suspicionem abolendã (securitatem pariente innocentia) ignitos vomeres innoxiè tractasse. *Bened PP. obitus. Ioan. XX. Hẽric. Imp. mors. Cunegũdes eius Vxor. In sãctorũ num. referũtur. Augusta fa- cinus.*

Henrico igitur sublato, Germaniæ Regnum ad Conradum Vuormatiæ *Cõra- dus II.*

Germ. Rex. Ducem, ex ipsius destinatione, Germanorum Procerum suffragijs defertur; ea tamen conditione, vt illicito sese connubio explicaret.

Anniuersaria Henrici obitus die_, Chri.

Cunegunda monialis fit. Cunegunda Cõiux eademque Virgo integerrima, depositis Imperij ornamentis, monasticum suscepit indumentum, ac per annos deinceps XV. in extructo à se Sanctimonialium Virginum cœnobio vitam planè innocuam egit. Ann. 101

Conrado interim. Germaniæ rebus intento, Aquitaniæ Dux Vuillelmus, peregrinatione Romam, in speciem, instituta, Italicorum animos pollicitationibus adortus, Filio, quem secum ducebat, Italiæ Regnum, atque adeò Augusti nomen parare se haud ægrè posse existimauit. cæterum maioris id esse molis opus, quam putasset, animaduertens, huiusmodi deiectus spe, consilio abiecto, in Patriã remigrat; quò post quam reuersus est, inuentum eius in ditione Diui Præcursoris caput fuisse dicitur, magnaque inibi Populi frequentia cultum.

Vuillelm. Aquit. Dux.

S. Io. Bapt. caput inuẽtũ

Basilij Imp. obitus. Obijt hoc eodem anno Basilius Imperator, cũ annos imperasset L. cuius morte Imperium Constantinus Frater capessit, libidine, atque auaritia infamis. Quo pariter anno vitæ exitum sortitus est belli, ac pacis artibus Poloniæ Rex clarissimus Boleslaus.

Cõstãtinus XImp.

Cur

Ger-

Chri. Ann. 1026. *Glab. l. 4.* *Fri-sing. l. 6. c. 29* Chri. Ann. 1027.

Germaniæ motibus vtcumq. compositis, Conradus validis cum copijs in Italiam descendit, ferro sibi viam aperiens, exactoq. demum anno Insubris, alijsq. aduersantibus sibi populis subigendis, Romam contendit, ipsoque die Paschatis solemni ritu à Ioanne Pontifice coronatus, Augustus appellatur; Angliæ, ac Burgundiæ Regibus pompam cohonestantibus. octo exinde elapsis vix diebus, quod maiores subindè inter Germanos milites, ac Romanos Ciues contentiones glisscerent, Patriam repetit.

Cõradus in Italiã.

Augustus appellatur.

Quo tempore mortalis vitæ finem inuenit eximius Monastici Ordinis instaurator Romualdus, cuius res gestas Petrus Damianus posteris tradidit cõstat autem ipsum indè ad quinquennium in Sãctorum numerum relatum. id porrò non alio tum ritu peragi consueuisse traditur, quam per Altaris erectionem, ac Christiani Sacrificij oblationem super Sancti Viri corpus, Romano Pontifice permittente.

S. Romualdus obiit.

Inter sanctos referetur.

Quo ritu.

Alfonsus quoque huius nominis V. Rex Legionensis Vir bello ac pace clarus, dum prælium cum Sarracenis init, sagitta vulneratus, apud Visæum Lusitaniæ oppidum occumbit; quod ex sepulcrali eius monumento edocemur.

Alfonsus Hisp. Reg. obiit.

Sub idem tempus (incertus tamen est annus) Garzias Vasconum Rex Romam

Garzias pœnitẽtia

mam profectus est expiandi sceleris causa, quod innoxiam Matrem adulterij apud Patrem insimulasset.

Domesticum in Gallia bellum.

Roberto apud Galliam Rege adhuc superstite, Vgo Filius natu maximus dudum à Patre Rex creatus decesserat, contentione itaque inter duos reliquos, Henricum, ac Robertum, de Regno, orta; Patre illi, huic Constantia Matre suffragantibus, domesticum indè bellum exortum est: eam ob rem non Populi modò, ac Regni Procerum, sed Episcoporum quoque studia diuisa sunt, magno, non politici tantum, sed Ecclesiastici quoque rerum status detrimento. Chri. Ann. 1028. *Glab. l. 3. c. 9*

Olaui duo Reges.

Duo hoc tempore Christianæ Religionis, ac pietatis eximij cultores, ijdemq. cognomines Olaui, apud Noruegiam alter, alter verò apud Suediam regnabant, quorum Ille, quod Præstigiatores insectaretur, horum conspiratione interemptus, sacris Martyribus adscriptus est. *Adam l. 2. c. 40.*

Cõstãtini X. obitus.

Moritur interim Constantinus, qui iam tertium, à Fratris obitu, annum imperabat. huic Romanus cognomento Argyropilus, succedit, qui, vt Constantini Filiam Zoen matrimonio sibi iungeret, Vxorem repudiauit. *Curop.*

Romanus Argyropilus.

Synod. dupl.

Sæculi anno vndetrigesimo Robertus Rex, indicto Episcoporum Cœtu, constructum à se Templum Aurelianis in honorem S. Aniani eiusdem olim Chri. Ann. 1029.

Vr-

Vrbis Episcopi, solemni ritu consecrari expetijt.

Porrò, elapso non dum anno, Synodus cogitur Lemouicensis, leui, vt videri potest, ex causa, sed, quod contentio ea de re orta esset non vulgaris, non nisi per Synodum dirimi posse sapientissimi Patres existimarunt. quæsitum itaq. est, Vir Apostolicus Martialis, qui primus Christi fidem inuexit in Galliam, inter Apostolos ne, an inter Confessores esset recensendus. sed neque dirempta ea in Synodo lis est. nec, rursum coacti Patres, nisi ex Roman. Pontificis sententia quicquam decernere ausi sunt. *s. Martialis.*

Chri. Ann. 1030. *in vit. c. 16. Sur. 20 Augusti. Vrsper Chr.*

Conradus interim nulla re magis, quam regnandi latius cupidine incitatus, Sanctissimo Vngarię Regi Stephano bellum infert; huius tamen nõ tam armis, quam pijs ad Deum precibus Augusti conatus inanes fuere. Germanorum exercitus Vngariam peruaserat, cum, nulla re gesta, Conradi nuncio, ac literis moniti illius Duces, pedem in Germaniam referunt; quo Is cognito, qui nec nuncium, nec literas misisset, suorum defectionem, aut hostium fraudem suspicatus, denique intellexit diuinam opem pio Regi prestò fuisse. *Cõradi in Vngaros bellum. Miraculo bellũ cessat.*

Cæterum Stephanus, qui sui se pro Populi noxis deuouerat, ità publicam Regni cladem euasit, vt domesticam

S. Emericus. cam subiret, Emerici Filij amissione. Hic ita ab incunabulis morum sanctitate claruit, vt, vita functus, Sanctorum numero adscribi meruerit. *Marty rol. 4. Nou. Cic. de leg.*

Erectum hoc anno est Monasterium Sorano in Agro eo ipso in loco, vbi Fibrenus Fluuius in Lirim influit M. Tullij olim cunabulis claro. Id Petri Raynerij impēsa, qui Regioni cū Imperio præerat, factum constat, promotore autem Dominico magni nominis Cœnobiarcha, qui, Fulginei apud Vmbriam natus, aliorum cōplurium Cœnobiorum Institutor fuisse dicitur. ea verò fuit illius Fama Sanctitatis, vt, cum sequenti anno Octogenarius decessisset, ab eius statim obitu Cœnobium ipsum, ac Templum Deiparæ inscriptum, à S. Dominico nomen acceperit. *S. Dominicus Abbas.* *Leo Ost. l. 2. c. 67. Ludo. Iacobill. in vit.*

Conspiratione interim Vxoris, ac Filiorum in Robertum Regem, ciuile apud Galliam bellum recruduit. Chri. Ann. 1031.

Porrò apud Orientem Zoe Augusta, Theodoram sororem regnandi auidàm Monasticum indumentum suscipere inuitam cogit. 1031.

Io. PP. obitus. Ioanne post decennij ferè Pontificatum vita functo, Albericus Frater Tusculanus Comes pro ea, qua pollebat Romæ potentia, impuberem adhuc Filium in Petri Sede per vim locat, ac Benedictum appellat. Chri. Ann. 1033. *Glab. l. 4. c. 8 P. Dam.*

Benod IX. Obijt hoc eodem tempore Galliæ

Rex

Rex Robertus, cuius res præclarè gestas Elgaldus Monachus Floriacensis posteris tradidit. quo extincto Henricus Filius, qui Rex iam fuerat consecratus, Regni habenas moderandas suscipit, Roberto Fratre Burgundiæ Duce constituto. *Rober. obitus. Hēric.*

Chri. Ann. 1034. *Herm. Cōtra. Curop.* Cæterum quod Rodulfus, haud ita pridem vita functus, Conrado Aug. eam Prouinciam legasset, Is eam sibi armis vindicat Roberto indè pulso. Subindè Zoe Augusta Michaelis Paphlagonis amore capta, venenū Coniugi propinat, quo segnius perniciem operante, eundem gladio, per Adulterum, tolli iubet, ipso Parasceues die. Michaeli sceleris merces Imperium fuit. verum impotens Mulier, quæ illum, ex Argentario Augustum redditum, habituram se seruili veluti sub iugo existimauit, spe frustrata, Virum, ac Dominum seueriorem diutius experta est. tum, vt libidinis quoque pœnas solueret non incongruas, Vir idem, qui, ante adeptum Principatum forma in primis præstans fuerat, à Dæmone correptus, ac subindè ab eo vexatus, deformitatem oris miram induit, contraxitque. *Romani Aug obitus. Michael Paphlago. Congrua Augustæ pœna.*

Lōgin. Annal. Polon. Hoc tempore Christianæ Religionis cultus apud Russiam mirum in modum propagatus est. apud Poloniam vicissim politicum æquè, atque Ecclesiasticum rerum statum mirum in modum *Turba in Polonia.*

dum labefactari contigit, domesticis diffidijs, ac septennij interregno. pro-

Casimirus. indè Casimirus legitimus tum Regni hæres, salutari consilio, Cluniacensis instituti Monachus effectus est. quare porrò ex causa reuocatus postea ad Regnum sit, suo mox loco referemus. *ad an* 1041.

Synod. Tiburiensis Berengarij Hæresis. Cogitur exindè Synodus Triburiensis, quam, in Chronico, Hermannus magnam vocat, cuius tamen Acta hactenus latent. eodemq. tempore Berengarius Turone ortus, Archidiaconus Andegauensis, qui veritatem Corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ, Roberto Rege adhuc superstite, negare est ausus, sed palam veritus profiteri, eo sublato, Brunonem Andegauensis item Ecclesiæ Episcopum erroris, ac vesaniæ socium nactus, promulgare hæresim instituit. Henricus tamen Roberti Patris, vt Regni, ita & pietatis hæres, ocius in impios surrexit, quo factum, vt, eo pariter viuente, delirare ipsi sibi coacti sint. Chri. Ann. 1035.

Res interim Polonorum, diuturnio- Chri.
ri interregno, in dies magis pessum Ann.
ibant, Bretislao in primis Boëmiæ Du- 1036.
ce destitutam Rege Prouinciam dilacerante.

Turbæ in Italia. Sed & exortæ in Italia turbæ Con- Chri.
radum Aug. exciuere, ad quem Bene- Ann.
dictus Rom. Pontifex Cremonam se 1037.
contulit, cuius authoritate Augustus, Mediolani, ac aliarum Vrbium Episco-

pos

pos quatuor Rom. Imperij perduelles exilio mulctauit. tum idem Pontifex Simeonem Anacoretam apud Treuiros haud ita pridem vita functum, eiusdem Vrbis Episcopo agente, in sanctorum numerum refert. *S. Simeon Anacoreta.*

Sur. 1. Iun.

Per idem tempus Ciuili bello Hispanis decertantibus, Veremundus Legionis Rex à Ferdinando Castellæ Rege, qui, victorijs inclitus, Magni nomen adeptus est, acie victus, cum Regno vitam amisit. *Ferdinãdus Castellæ Rex*

Chri. Ann. 1038. Pacatis Galliæ Cisalpinæ rebus, Cõradus Romã profecturus, Parmæ substiterat. hìc coorta Ciuium aduersus milites seditione maxima, Vrbs ipsa incendio miserè absumpta est. *Parmæ incẽdiũ.*

Ostien. l. 2. c. 59.

Pandulfus Capuæ Princeps, quem ab Henrico Augusto abductũ in Germaniam diximus, eo extincto, reditum in Italiam impetrauerat, ea conditione, vt priuatus inibi vitam ageret. cæterum, Capuæ receptus, Græcorum simul, ac Northmannorum auxilijs fretus, Campaniam, ipsamque Neapolim capit, predas vndique hostiles agens, non Templis, non Cœnobijs parcens. quò factum est, vt, Campanorum precibus permotus Cæsar, iter illuc cum copijs instituerit. quò vbi peruenit, auro, atque obsidibus à Pandulfo receptis, parcẽdũ illi sibi esse duxit, eius nihilominus Principatu Vaimaro, qui apud Salernum imperitabat, attributo. *Pãdulfus. Hẽricus in Cãpaniam. Vaimarus*

Ger-

Germaniam Augusto repetente, Pandulfus quietis nescius, res nouas moliri statim occepit. viribus tamen ipse destitutus, Byzantium nauigat. cæterum cum Vaimari ad Michaelem Legati eum præcessissent, contemptui ab eo habitus, insuper exilio mulctatus est. Vaimarus porrò beneficij memor, Georgio Maniaco Græcorum Duci, qui apud Siciliam bellum aduersus Sarracenos gerebat, suppetias misit, ex Northmannorum Gente delectos milites CCC. sub Ducibus Tancredi Filijs Vuillelmo, Vuinfrido, ac Drogone. horum in primis virtute Sicilia de Sarracenis, magna ex parte, recepta est. quo tempore, captis Siracusis, Diuæ Virginis Luciæ corpus, à Sene quodam proditũ, Constantinopolim, victoriæ indicium, ac veluti opimum spolium, à Maniaco Duce, transmissum est.

Ostien. l. 2. c. 68.

Her

Northmãnorũ virtus.

S. Luciæ corpus.

Chr Ann 104

At Michael cũ in dies acrius à Dæmone torquretur, vexationem, si fas, eleemosynis redempturus, Monachis per vniuersum fermè Rom. Imperium nummum vnum, Præsbyteris alterum tantũ viritim largitus est, moratusque plurimum Tessalonicæ, Ioanni Fratri Imperij regimen permisit.

Michaelis eleemosyna.

Chri Ann. 1039. Curop.

Curop

Hoc eodem anno sæculi vndequadragesimo Polonorum pariter, ac Boemorum Legati Benedictum Pontificẽ adeunt. illi Gnesnensis Ecclesiæ direptio-

Polonorũ, ac Boemorũ contentio.

Lõgin. Hist. Pol.

ptionem cõquesti, ablatas inde à Boemis sacras reliquias, ac sacra vasa, atque donaria repetebant: hi contrà iure belli, ac pietatis instinctu ea se abstuliſſe, proinde nulli affines culpæ esse contendebãt. principiò Polonis causa adiudicatur; Boemorum porrò apud Iudices ambitu, ac largitionibus, sententiæ vis omnis ablata est, quasi rè maturius deliberanda.

Herm. Eodẽ pariter anno Conradus apud Traiectum, Frisiæ Vrbem, inopinatò extinguitur: Germaniæ Regnum Henricus Filius, Rex antea à Patre dictus, obtinet.

Chri. Ann. 1040. Nec ita multo post Henrici olim Vxor sanctissima Cunegunda fœlici transitu ad Deum migrat. *Cunegundæ obitus.*

Quo tempore Castellæ Rex inclytus Ferdinandus Iacobi Apostoli præsentem expertus opem, Conimbricam Lusitaniæ Vrbem de Mauris post longam demum obsidionem, recipit. *Ferdinandi victoria.*

Curop. Maniaco exindè Byzantium ex Sicilia reuocato, ac reo maiestatis constituto, Insulæ oppida, præter Messanam, omnia, Ducum inertia in Sarracenorum potestatem recidunt.

Per idem tempus Dominico Flabanico Venetiarum Duce adnitente, Vrso autem Gradensi Patriarcha præsidente, Prouinciæ ea in Vrbe Synodus apud D. Marci sacram Ædem celebratur. *Synod. Venetijs.*

Alte-

Altero, ac quadrageſimo ſæculi an- Chri.
Mich. no Michael Imperaror huius nominis Ann.
Imp. IV. cum annos propemodum octo 1041.
mors. imperaſſet, diem obit extremum. ea- *Curop.*
demque hora Zoe Auguſta, eius Pa- *Cedr.*
truelis Filium cognominem, ſimul ſibi & Zo
Filium adoptatum, coronari Auguſtum *nar.*
Mich. iubet. Is cognomento Calephates
Cale- Imperium ſtatim adeptus, non ſine
phates maxima ingrati animi nota, Matrem
Imp. ſanctimonialium cœtui addictam, in-
ſuper exilio mulctat. ægrè id Populus
cum tuliſſet, nouum Auguſtum ita eſt
auerſatus, vt lapidibus eum appetere
non ſit veritus, ac Theodoram primo,
dein Zoen ipſam ad Imperium reuo-
care. coactus itaque Michael ſeſe in
Templum recipere, furentis tamen po-
Deïci- puli manus non effugit, quippè vna
tur, ac cum Fratre inde extractus, ac per vias
cæca- raptatus, luminibus demum orbatus
tur. eſt, vt mentis oculos, Monaſterio clau-
Cõſtã- ſus, aperiret. tum verò Conſtantinus,
tinus cognomento Monomachus, ab exilio
XI. & ipſe reuocatus, ipſique Zoe matri-
Mono- monio iunctus, Imperator appellatur,
machus quæ tamen non vno anno geſta, ad ſe-
quentem quoque ſpectant.

Hoc quidem anno Poloni externis, *Lõg. hiſt. Pol.* Chri. Ann. 1044
ac ciuilibus vexati bellis, conſilium
Caſi- ineunt Caſimirum, quem Cluniacenſe
mirus Inſtitutum ſequutum diximus, in Re-
ex mo- gnum reuocandi. quæſitum itaque
nacho illum, atque apud Galliam repertum,
Rex.

Ro-

Romani Pontificis permissu, in Patriã reducunt, ac Regem constituunt. quo autem pacto diuinum illi auxilium ad hostes debellandos adfuerit, aliaque ab eo præclare gesta, rerum Polonarum Scriptores abundè tradunt.

Ostien. l. 2. c. 68. Eodem quoque tempore Northmanni Arduigum, qui & Arduinus dictus est, Longobardum sequuti Ducem, Græcorum copijs profligatis, atque Apulia potiti vniuersa, sortitò eam inter se diuidunt, ac veluti auitum deinceps Regnum possident. *Northmanni Apuliã occupãt.*

Chri. Ann. 1042. Stephano Vngariæ Rege pridẽ extincto, Petrus ex Filia Gisela Nepos successerat; Hunc Vuo, qui Tyrannidem arripuerat, deijcit, ea tamen, ex *Petrus Vng. Rex.*

Sur. 23. Septẽb. Gerardi Episcopi prædictione, haud diu potiturus.

Chri. Ann. 1043. Apud Angliam porrò Canuti Liberis è Northmannorum Gente extinctis, Regnum ad S. Eduardum Ethelredi Filium defertur, opera in primis Godui- *S. Eduardus Angl. Rex.*

Malmesb. l. 2. c. ni Comitis, cuius Filiam Egitam sibi desponsaram Rex castissimus seruasse intactam perhibetur.

13. Eodem fere tẽpore Henricus Germaniæ Rex Vngariæ bellum cum inferret, obsidibus, ac Regni parte ab Vuone, acceptis, Germaniam repetit.

Chri. Ann. 1044. Romani dein prauos Benedicti mores auersati, venalem haud secius Pontificatum habentes, illum Ioanni Sabinensi Episcopo, cui Syluestro nomen *Bened PP. dejcitur Sylvest PP.*

men est inditum, auctionantur. tribus, *Chro.*
Bened restitu uitur. post hęc, mensibus exactis, Benedictus restituitur qui tamen tranquilioris vitæ studio summi Sacerdotij non tam redditus, quã curas deponit, ac Ioanni cuidam Archidiacono sponte cedit. inuentus est Gratianus quidam Præsbyter, qui triceps hoc Monstrum eadem, qua Fabulosus olim Hercules ratione obstructis veluti faucibus, cõficeret, vel cicurem redderet, aut consopiret. Is author Romanis fuit, vt tribus Inuasoribus Pontificatum, quidem abrogarent, cæterum illius reditus eorum cuique non modicos retinendos permitterent. res ex eius præscripto transacta: tum Gratianus ipse in Petri solium euectus est ac Gregorius huius nominis VI. appellatus. sunt qui hunc ipsum veluti Simoniacum damnent, reijciantque; alij contra (quorum authoritas apud nos potior est) absque cunctatione recipiant. Sanè quæ de illo narrantur, morum in eo sanctitatem mirũ in modum commendant.

Sponte cedit. *Ioãn. XXI. Rom. Eccl. status.* *Greg. VI.*

Ostien. l. 2. c. 88. *Gal. l. 5. fin. P. D. ep. 1. ipsum Greg. Mar. l. 1. 13. Chr.*

Hoc eodem anno Constantinus Imperator, quod Pellicem Angustæ Coniugi superinduxisset, Populo ea de causa concitato, vitæ periculum adit, dum in Templum Festo die, equo vectus, contendit.

Reuocatus in Regnum Casimirus, Cl mira illud fœlicitate (Deo Auspice) An

paca. 104

pacauerat. ergo quod ipsius Legati primò, tum pollicitus ipse met fuerat, pactum ex pecunia viritim collecta Romanæ Ecclesiæ tributum, Romam hoc anno mittit, Gregorio in Petri sede constituto. Quod vero Benedicto persolutum Longinus tradat, siuè errore eũ lapsum fas est credere, seu, quod magis arridet, ex reseruatis Benedicto, quos diximus, redditibus illud fuisse existimandum est; quò magis exterorum Regum in Rom. Ecclesiam obsequium admireris. *Polonia Tributum.*

Ostien. l. 2. c. 69. Hic idem annus est, quo Northmanni ad Cassinenſis Cœnobij, illusque Ditionum tutelam vocati, cum tyrannicè omnia administrassent, Monachorum conspiratione, Regionis incolis opem ferentibus, principio in Arces, quas munierant, compulsi, denique exuti opibus, quas congesserant, armisque, atque equis ademptis, per summum dedecus abire inermes coacti sunt.

Chri. Ann. 1046. *Herman. Chr.* Henricus interim Italiam ingressus, sacrarum quoque rerum curam peram assumens, Rauennæ Antistitem deponit, tum Romam infesto agmine petens, apud Sutrium subsistit, coactaque inibi Synodo, Gregorium quoque Rom. Pontificem sede deijcit. Suidgerum Bambergæ Episcopum substituit, ac Clementem appellat. tum, Romam progressus, Augusti insignia ab eo *Henricus in Italiã Eius tyrannis. Clem. PP.*

eo recipit. Sunt qui tradant Sutrinæ Synodo ipsum Gregorium præfuisse, ac sese sponte Pontificatu abdicasse, ea præsertim ex causa, quod Tusculanorum Comitum potentiæ reprimendæ, ac Romanorũ factionibus tollendis, imparem se esse cerneret. quamobrem Henrico laudi ab aliquibus datum est, quod eas quacumque demum ratione sustuliſſet; laudandus fortasse, nisi Filio, ac Nepoti exemplo obfuisset.

Synod. Romæ. At recens creatus Pontifex, Simoniæ, si fas, radicitus extirpandæ, Synodum Romæ cogit, cuius initio altercatio oborta est inter præcipuos Italiæ Antistites Mediolanẽsem, Aquileiensem, ac Rauennatem, quis eorũ Romano Pontifici propior sederet. Rauennati autem causam adiudicatam Rubeus testatur, qui & Diploma ea super re confectum à se visum affirmat.

Rauẽnæ Antistitis prærogatiua

Henrici res gestæ. Peracta Synodo, Henricus in Campaniam, ac Sannium proficiscitur: Capuæ Principatum, pecuniæ vi maxima accepta, Pandulfo reddit, Vaimaro haud abnuente: Drogoni, ac Canulfo Northmãnis Ducibus partas bello Ditiones, ablataque Græcis, aut Sarracenis Oppida decreto sancit. exindè Cassinum delatus, Germaniam repetit, non Clemente tantum, sed Gregorio quoque, ne quid interim turbarum

Chri
Ann
104

Histor. Ran.

Ostien. l. 2. c. 8
Hermā. Chron.
Glab. l. 5. c.

rum Romæ oriretur, secum abductis. cæterũ Clemens annuo non dũ Pontificatu functus, cum Germaniam vix attigisset, vitam deserit, ac Bambergam tumulandus mittitur. id Romæ vbi rescitum est, Benedictus tertiò iã Petri sedem inuadit, atque octo eam insuper mensibus insidet, donec missus ab Hẽrico Brixinorum Episcopus legitimis suffragijs Clementi substituitur, ac Damaso nomen imponitur. verum, eo quoque intra mensem morte sublato, vacuam iterum Sedem Benedictus inuadit.

Clemẽtis obitus.

Chri. Ann. 1048.

Damasus II.

Sur. 1. Iun. Moritur hoc eodem tempore huius sæculi splendor Odilo Cluniacensis Abbas, cuius res gestas, ex Hugone eius successore Edoctus, Petrus Damianus, compendio, vt ipse ait, posteris tradidit.

Odilo Cluniacẽsis.

Curop. Per idem fere tempus Turcæ, Gens Scythica, Persarum Rege Sarraceno, à quo fuerant prouocati, acie victo, eiusque vna cum Regno, secta paulatim susceptа, victorijs elati, Romani apud Asiam Imperij ditiones occupant. hinc exitiale Christiano nomini Turcicum Imperium extitit.

Turcarũ Imperij initia.

Chri. Ann. 1049. *Ostien. l. 2. c. 82. Frisin. Chro.* Tyrannicè interim Benedicto Romanã Eccleſiam administrante, Romani Ciues, ac Clerici, in primis vero Cardinales, Legatione ad Augustum instituta, enixe illum rogant, vt, quem Pontificatu dignum existimet, Romã

mittat. delectus itaque ab eo est Bruno Episcopus Tullensis eximiæ Vir prudentiæ, ac sanctitatis. Is igitur, in Vrbem delatus, summo Ecclesiæ bo-

Leo IX no in Petri Sede collocatur, ac Leo huius nominis IX. appellatur. nec diu ibidem moratus D. Michaelis Templũ ad Garganũ inuisit, ad Casinense quoque Cœnobium diuertens: tum verò in Galliam, ac Germaniam profectus,

Dupl. Synod. Rhemis, & Moguntiæ frequentes Episcoporum Conuentus habet, exactoque non dum anno Romã reuertitur. *Curop.*

Quo tempore Cegenes, ac Tyrach, qui ad Istrum imperitabant, Reguli, Byzantium profecti, Christianam suscipiunt Religionem, sacroque inibi fonte abluuntur.

Dupl. Synod. Exindè operosus Pontifex Concilium Romæ, nec ita multò post, Vercellis aduersus Berengarium cogit, in quorum postremo Pallium Dominico Venetiarum Patriarchæ, qui hactenus Gradensis fuerat, decernit, ipsumque Venetæ Prouinciæ, atque Istriæ Primatem constituit. Germaniam dein repetit. Chri. Ann. 1050. *Herm. Lanst. & Guil. tm. Andr. Dand.*

Eodem fere tẽpore Hispaniæ Rex inclitus Ferdinandus Synodum apud Coiacensem Oueti Diœcesis Pagum celebrari curat; *cuius Acta non dum impressa, ex veteri Cordubensi Codice Author huc affert scitu non inuicũda.* *Chr.* Chri.

Redeuntem ex Germania Pontificem Ann. 1051.

cem, hospitio apud Passlinianum Hæ-
Chri. truriæ oppidũ excepit Ioannes Gual- *S. Io.*
Ann. bertus, qui decem ferè ante annos Ere- *Gual-*
1052. mum incolendam susceperat. Romæ *bertus.*
Herm. post modũ receptus, Conciliũ ibidem *Synod.*
Cro. cogit, ac iterum, componendis inter *Roma.*
Ost. l. 2 Andream Vngariæ Regem, atque Au-
c. 85. gustum dissidijs, in Germaniam euo-
catur. sunt qui aliam profectionis cau-
sam tradant, vt Augusti arma aduersus
Northmannos, qui Campaniam, atque *Leo ca*
Apuliam obtinebant, exciret. sanè Ita- *pitur à*
Chri. liam repetens Germanos secum mili- *North*
Ann. tes adduxit, quibus plus æquo fidens, *mãnis*
1053. acie cum Northmannis, causæ boni-
tate fretus, decernere non est veritus;
à quibus victus, captusque, honorifice
tamen est habitus, nullum dignitatis,
ne dum libertatis dispendium passus.
sup. ad Antequam Germauiã excederet, Bam. *Bãber-*
ann. bergam, quæ Romanæ Ecclesiæ, vt *gã pro*
1019. diximus, iuris erat, Henrico cessit, à *Bene-*
quo vicissim Beneuentũ accepit, quod *uento*
Hermanus ad hunc ipsum annum tra- *cedit.*
dit. ea porrò etiam nunc Vrbe, post tot
rerum vicissitudines, Rom. Pontifex
potitur.

Ad hunc ipsum annum spectat Petri Patriarchæ Antiocheni ad Leonẽ Legatio cum Fidei Catholicæ professione. quo pariter anno data reperitur prolixa admodum Epistola Michaelis *Micha*
cognomento Cerularij Byzantij Pa- *el ceru*
triarchæ Latinis omnibus infensissimi, *larius*

quam aduersus Rom. Ecclesiam, ac catholicos eiusdem ritus ad Tranensem in Apulia Episcopũ, studio cum Leone Acridario, Bulgarorũ Episcopo, collato, dedit, *quam si libet, cũ Leonis Papæ ad eam responso, apud Authorẽ hìc require, apud quem Legationem quoq. sequenti anno Leonis nomine obitã, fusè recensitã reperies,* quã & Leo Ostiensis breuiter cõplectitur. Legatis porrò illud quoque in mandatis datũ, vt Græcorũ arma in Northmannos excirent, pius Põtificis literæ *hìc relatæ* ostendunt. Leo interim Pontifex moritur, quem vitæ sanctimonia illustrẽ, editis post obitũ miraculis Deus magis, magisq. illustrauit, posteri autem, vt cæli Ciuem, coluerunt XIII. Kal. Maij natalem eius diem recolentes.

Leo ep. 1.

Leonis Legatio Byzãtiũ.

Leonis PP. obitus.

Ostien. c. 89.

Chri. Ann. 1054.

Mart. rol. 19 Apr.

Post hæc diem quoque suum obijt Constantinus Imp. cuius morte Imperium ad Theodoram defertur.

Cõstãtinus Aug. obitus.

Curop.

At Leone, vt diximus, sublato, Romani Ciues Henricum Aug. per Legatos orant, vt Geberardum Episcopum Eistetensem insignẽ Pruẽdtia, ac Pietate Virũ substituendum Romam mittat. ægrè demum Romanis annuit Augustus, quod tantum Virum à secretis consilijs haberet; coactaque Moguntiæ Synodo Episcoporum eum suffragijs summo sacerdotio dignum appellari voluit Romæ postea consecrandum, quod sequenti anno peractum est,

Chri. Ann. 1055.

eſt, vocatuſque eſt Victor hoc nomine II. ſunt qui tradãt ab Auguſto Romam deductum, cum alij poſt illum in Italiam veniſſe, eodem tamen anno, Henricum autument. vtcumque, Florentiæ poſtmodũ fuiſſe ambos, ac Synodum inibi coëgiſſe conſtat, de qua Petrus Damianus meminit in Epiſtola *hìc relata*, ex qua multa de Eccleſiaſtica cenſura, & pœnitentialium Canonum obſeruantia, ſcitu periucunda, habentur. *Victor. II.* *Synod. Florẽtia.*

Poſt hæc Victoris miſſu Ildebrandus Rom. Eccleſiæ Subdiaconus, qui poſtea Rom. Põtifex Gregorius huius nominis VII. fuit, in Galliam proficiſcitur, quò poſtquam peruenit, Lugduni primò, dein Turone Conuentus Epiſcoporũ celebrat aduerſus Simoniacos Epiſcopos, ac Berengarium, qui abiuratam pridem hæreſim, iterum tradere non verebatur. porrò ad hanc ipſam Turonenſem Synodum Legatos ab Henrico miſſos conſtat, qui Ferdinandi Hiſpaniæ Regis iniuriam expoſtularẽt, quod nec ipſi Auguſto ſubeſſe, & Auguſti nomen vſurpare audacter vellet; qua de re Romanus quoque Pontifex interpellatus eſt. miſsi itaque ea ſuper re in Hiſpaniam Legati, Conuentu Epiſcoporum, ac Procerum indicto, auditi ſunt, cauſaque Romano Auguſto adiudicata. *Ildebrandus.* *Dupl. Synod.* *Synod. in Hiſpania.*

Io. Marian.

Subindè Victor Romam delatus,

veneno à Subdiacono in sacrum calicem ingesto, vitæ discrimen adit, quod tamen, nefario homine à Dæmone correpto, ac fateri crimen coacto, non sine miraculo, euasit.

Ad hæc idem Pontifex ab Henrico in Germaniam euocatus, morienti ad fuit, Regiaque illum pompa extulit ætate adhuc florentem, quippè XL. vixdum attigerat, cum annos regnasset XVIII. decem imperasset. Regnũ ipsius Rom Pontificis, aliorumque Episcoporum, ac Procerum authoritate ad Henricum Filium Germaniæ Regũ huius nominis IV. defertur. post hæc, Synodo Coloniæ habita Victore in primis adnitente, Balduinus, ac Godefridus Flandrię Comites eidem Regi conciliati sunt, quod ad noui Regni firmamentum in primis contulit; quo magis ingrati animi notã in Henrico, qui postmodum Rom. Ecclesiæ infensior est redditus, agnoscas. Chri. Ann. 1056.

Hẽrici Aug. obitus.

Heric. Filius

Haud ita multo post, eiusdem Rom. Pontificis authoritate, Synodus Tolosæ cogitur, *cuius Acta, ex scripto manu Codice Author hìc refert.*

Synod. Tolosa na.

Quo tempore Theodora Augusta cum alterũ post Sororem annum imperaret, torminibus ex intestinorum morbo extinguitur, Michaele cognomento Stratonico, paulo ante obitum, Augusto appellato. Chri. Ann. 1057

Theodora Aug. obitus.

Micha el stra tonic. Imp.

Imperiũ Hic statim adeptus, Theodosij

Curo

dosij factione, qui Monomacho natus erat, superior extitit. cæterum Isacio Comneno fauore militum euecto animo, & viribus defecit, ac purpuram exuit. *Deijcitur ab Isacio Comneno.*

Hoc eodē anno Victor Rom. Pontifex, Florentiæ cum esset, diem clausit extremum. cuius rei nuncio Romam perlato, Fridericus Leonis Papæ Cancellarius Legatione haud ita pridem Byzantij functus, ac Casinēsis postea creatus Abbas, omniū suffragijs Pontificatū adipiscitur, ac Stephanus hoc nomine X. appellatur. *Victor. PP. obitus.* *Steph. X.*

Chri. Ann. 1059. *Ostien. l. 2. c. 102.*

Hic, Pontificatu statim inito, Petrū Damianum, inuitum ab Eremo abstractum, Episcopum Cardinalem Ostiensem creauit, magno Ecclesiæ bono. Legationem quoque, Byzantium instituit. Legati, porrò cum Barensi in portu adhuc cōsisterent, de Stephani obitu, qui Florentiæ & ipse diem obierat, certiores redditi, proficiscendi consilio abiecto, pedem referunt. *Petrus Damianus.* *Sseph. obitus.*

Chri. Ann. 1059.

Stephano Gerardus Florentiæ Episcopus subrogatur, qui Nicolaus dictus est, non tamen sine Schismate per Ioannem Velitrensem Episcopum Tusculanorum, quæ adhuc vigebat, potentia nixum, excitato. *Nicolaus II*

Moritur hoc eodem tempore Casimirus hærede Boleslao Filio relicto. At vero Nicolaus apud Sutrium, tum Romæ apud Lateranum Conuentus *Casimiri mors.*

agit, & hic quidem, C. amplius Episcoporum frequentissimus, generalis appellatus est, ad quem euocatus Berengarius, ter, tribus Synodis, abiuratam hæresim, simulatè interū abiecit.

Berēg. perfidia.

Hac eadem in Synodo de Romani Pontificis electione sanctio est edita, temporibus his perneceſſaria, quibus vis tyrannica vigeret, quam in suum Decretum Gratianus intulit, nequaquam tamen integram, sinceramue, sed à schismaticis, Guiberto in primis Rauennate, corruptam, ac labefactatam.

Sāctio de Rō. Pōt. electione.

c. in nomine 23. dist.

Peracta Synodo, Nicolaus Pontifex Apuliam petit, ac Northmannorum ibidem Principes, Anatemate solutos, inque sui, ac Successorum verba adactos, Rom. Ecclesiæ conciliat. Capuanum porrò Principatū Richardo: Apuliæ, Calabriæ, ac Siciliæ Ducatū Roberto cognomēto Guiscardo confirmat, pactus ab eis Census nomine *in iuga bouum singula denarios quot annis duodecim*, extat adhuc Guiscardi iteratum Iusiurandum in Vaticano Codice qui *Liber Censuum* inscribitur, descriptum, *ab Authore huc illatum*. hinc Campania, ac, quas diximus, Prouinciæ reliquæ Fiduciariæ possessionis, quam *Feudum* vocant, esse cæperūt. hac ratione Northmanni, ex hostibus, Clientes Rom. Ecclesiæ redditi, eius Ditiones pacarunt armis,

Nortmanni Rō. Eccl. Tributarij.

Tributū quale.

armis, deleta Tusculanorum Comitum, ac aliorum, qui eas inuaserant, tyrannide.

Papir. Masso. Apud Galliam interim Henricus, Conuentu Episcoporũ, ac Procerum Parisijs habito, Philippum Filium impuberem Regem constituit. *Synod. Parisiensis. Philip. Gall. Rex.*

Curop. Apud Orientem porrò Isacius graui implicitus morbo, insuper fulmine exanimatus, diuinam vltionem agnoscens (nam Templa, ac Monasteria sacrilegè expoliauerat) deposita spontè purpura, ac Successore Constantino Duca instituto, ipse se in Cœnobium recipit, vbi, vtcumque prospera deinceps vsus valetudine, non tranquiliorem modo, sed fœliciorẽ quoque, quam in Imperio, vitam egit. ipso verò in Cœnobio, ob singularem animi æquitatẽ, ac Modestiam, adeò sub Præfectorum Imperio esse, ac munia illius omnia obire voluit, vt Ianitorem quoque agere non erubuerit. *Isacius Imperiũ deponit. Cõstãtinus Ducas Isacij demissio.*

Chri. Ann. 1060. *Ostiẽs.* Subit annus sæculi LX. quo Nicolaus Pontifex suam olim Sedem Florentiæ Ecclesiam cum repetisset, ab ea discedens, iterum Cassinum proficiscitur, nec ita multo post Eduardi Angliæ Regis Legatos annuo cum tributo, ac donarijs recipit. *Angl. tributum.*

Eodem ferè tempore Concilium Oscæ apud Hispaniam celebratur, in quo sacri in primis ritus temporum iniuria aboliti, moresque deprauati *Synod. Oscẽsis*

ad sacrorum Canonum normam reuocati sunt.

Nicol. PP. obitus. Alex. II. Subindè Nicolao Pontificatus anno tertio, vita functo, Alexander hoc nomine II. Lucensis Episcopus, Anselmus antea appellatus, legitimis Cardinalium suffragijs subrogatur. id cum ægrè ferrent Regis Pueri administri, Cadalum Parmensem Episcopũ in Petri solium euehere, ac Romanis obtrudere armis nituntur; quod incassum moliti cum fuissent, Cadalus Parmam recedere inglorius cogitur. Chri. Ann. 1061. *Cadalus Pseudopõtifex.* *Fris. 6. c. 3*

P. Damian. Erem. repetit Per idem fere tempus Petrus Damianus, missione ab Alexandro impetrata, Eremum repetit, vndè tamen multiplicis argumenti epistolas, *quæ hìc recitantur*, dedit, ad morum institutionem saluberrimas.

Colonien sis interim Antistes Anno, magnæ inter Germanos Principes authoritatis, abstractum ab Augustæ matris veluti complexu decennem tum Puerum Henricum Regem, Coloniam secum abducit, ac Regni regimen suscipit, nemine non deferente; quò factum, vt, qui Aulæ hactenus potentes fuerant, gradu plerique omnes sint moti. in his fuit Guibertus Augustæ Cancellarius homo Italus, Parmensis patria, cuius potentiæ Cadalus Pseudopontifex innitebatur. igitur, eo procumbente, Is quoque, vt par erat, corruit; Annonis quippè authoritate coacta

cta Synodo Cadalus, damnatur, Pontificatus Alexandro asseritur. *Cadalus damnatur.*

Subindè P. Damianus ab Eremo iterum abstraitur, ac Legatus ab Alexandro in Galliam mittitur, Hugone Cluniacensi id agente, qui Andegauensis Comitis tyrannide premebatur. *P. Damian.*

Postremo hoc anno Agnes Augusta Henrici mater Romam veniens, sedē inibi figit, eum veluti portū, post naufragium nacta. extat prolixa admodum P. Damiani epistola, qua illam à salutari huiusmodi consilio magnopere commendat, vtque constanti sit animo etiam atque etiam hortatur.

Ad huc item annum spectat Epistolæ fragmentum; quod extat, Alexandri ad Suenonem Danorum Regem, qua illum admonet, vt consuetum Regni tributum Romam transmittat. *Dānię tributum.*

Chri. Ann. 1063. Sequenti anno turbæ maximæ Florentiæ exortæ sunt inter Episcopum, ac Monachos ex S. Io. Gualberti disciplina, qui eundem Episcopum simoniacæ prauitatis accusabant. res gesta ex P. Damiano, qui Legatus ea de causa Florentiam est missus, petenda est, quæ prolixius adhuc narratur ab Authore vitæ eiusdem sacri Institutoris. res eo deducta est, vt ex Monachis Petrus (ex re, Igneus postea dictus) ex illustri Aldobrandinorū stirpe Florentiæ ortus, ignē illæsus calcauerit; quo experimento suis victoriam, sibi gloriam *Turbæ Florē. tiæ.* *Petrus Igneus.* *Eius faciam nus.*

Sur. 18 Iul.

riam longè præclariſſimam peperit, Cardinalis poſt modum, atque Albanenſis Epiſcopus creatus.

Porrò cum à Cadalo Pſeudopontifice turbæ iterum excitarentur, frequentiſſimum Mantuæ Concilium indicitur, quo Is iterum damnatur, legitimus vero Pontifex Alexander agnoſcitur. *Synod. Mantuæ.* Chri. Ann. 1064.

Celebris peregrinatio. Eius Duces. Eodem fere tempore celebris inſtituta eſt peregrinatio Hieroſolymam virorum amplius ſeptẽ millium, quorum veluti Duces fuere præcipui Germaniæ Antiſtites Sigefridus Moguntinus, Vuillelmus Traiectenſis, Gunterus Bambergenſis, Otto Ratiſponẽſis, quibus ſummæ imprudentiæ datum eſt, quod ornatum, ac ſplendorem, ne dicam luxum, præferentes, Barbaros ad predam ita illexerint, vt crebra cum ijs certamina inire, diſcrimina ſubire maxima coacti ſint. itaque, ex eo numero, bis non amplius mille, cladibus ſuperſtites in Patriam remearunt. *Eorũ imprudẽtia.* *Marianus Scot. Lãber.*

Hoc tempore P. Damiano, ſtrenuo Eccleſiæ Agoniſtæ, acuẽdus ſtilus fuit aduerſus impuros Clericorum mores, qui iam in hæreſim abierant; coniugia etenim nemini à Chriſto, aut ab Apoſtolis vetita affirmabant, turpiſſimum porrò vitæ genus inſtituerant. Chri. Ann. 1065.

Ferd. Hiſp. Reg. obitus. Obijt hoc eodem anno non rerum geſtarum gloria magis, quam pietate Magnus Ferdinandus Hiſp. Rex. Filijs om- *Luc. Tude. Roder. Tol.*

omninò tribus superstitibus, inter quos septem deinceps annis certatum de Regno est. *Filiorũ dissidium*

Curop. Zon. Hæc inter Barbari, qui trans Istrum degebant, eo transmisso, effudere se in Thraciã, ac Macedoniam tanto numero, vt sexcenta amplius armatorum millia fuisse vulgatum sit. hos religiosus Imperator Constantinus Ducas reprimere armis cum nequiret, supplicationibus, ac Ieiunio Populo indictis, debellauit. vulgaris quippè diuinitus immissa lues eorum partem maximam absumpsit, reliquos timore percitos *Cõstãtini pietas.*

Chri. Ann. 1066. disiecit. Richardus interim Capuanus Princeps eò potentiæ, ac superbiæ venerat, vt potiturum se Romano Imperio speraret. eius itaque insignia à Romano vt Pontifice extorqueret, exercitu comparato, eius Ditiones infestas habebat, Romam exinde victor petiturus. cæterum Godefridi Tusciæ Marchionis, qui Henrici Cliens erat, armis repulsus, ab incepto destitit. *Richardus Cap. Princ.*

Ingulf Matth Vest. Vuill. Malm Moritur hoc eodem anno Eduardus Angliæ Rex, quem, vitæ sanctitate, ac miraculis commendatum, Alexander posteà Rom. Pontifex, tertius hoc nomine, sanctorum numero adscripsit. Eius cum autem absque prole decessisset (quippe Vxorem, vt diximus, virginẽ reliquerat) Vuillelmũ Comitẽ Northmannum genere hæredem scripserat, Haroldo in primis ex eadem Gente, *Eduardi Angl. Regis obitus. Eius canonizat.*

te, Regiæ Domus Magistro sacramento interposito, assentiente, qui tamen, sequuta Eduardi morte, iurisiurandi neglecta religione, Regnum inuadere non est veritus. Igitur Vuillelmus, licet bello strenuus, bellum tamen, ex insita pietate, auersatus, causã ad Romanum Pontificem defert, à quo non causæ tantũ adiudicationem, sed Vexillum quoque retulit, quo auspicatius Inuasori bellum inferret, quod sanè fœliciter peractum est.

Belas Vng. Tyrãnus.

Electo Andrea Vngariæ Rege, atq. excæcato, Belas Dux Regnũ inuaserat. hunc ex infima plebe quidam, numero non contemnendi, à Christiana Religione auertere conati sunt. at ille ad tyrannidem adijcére perfidiam veritus, supplicio de seditionis Authoribus sumpto, inconditum Populi motum compressit.

Xiphilinus Dionis breuiator.

Quo tempore Constantino Byzantij Patriarcha vita functo, Ioannes Xiphilinus subrogatur. hic est ille Xiphilinus, qui Dionis Cassij Historiam in Epitomen redegit, cuius dumtaxat Commentarium, ea deperdita, vsui relictum est.

Mediolanẽsis Dioœcesis Clerici pellicibus, vna cum Antistite, impliciti, aliorumque comperti criminum, Petri Damiani Apostolicę Sedis Legati dexteritate dudum ad meliorem frugem reuocati, ad ingenium cum redijssent, Chri. Ann. 1067.

noua,

noua, ad eos ab incepto deterrendos, Legatione ab Alexandro decreta, coerciti sunt.

Europ. Octauum agebat Principatus annũ Constantinus, cum viuendi pariter, ac imperandi finem fecit, tribus Filijs superstitibus, quos ex æquo hæredes instituerat, eorum tutela Eudociæ Coniugi demandata, quæ iureiurando, ac Synagrapha apud Patriarcham deposita pollicita Viro fuerat, communibus se liberis Imperium conseruaturam, nec Virum alium admissuram. Porrò cum Romani Diogenis, inconstans Mulier nuptias expeteret, Syngraphã, perfidiæ testem, vt reciperet, vaferrimi Eunuchi opera est vsa, qui, Xiphilinum conueniens, mentitus est Augustam Bardæ ipsius Patriarchæ germani Fratris nuptias expetere. Is igitur cæteris omnibus priuato cõmodo posthabitis, non syngraphã modo Mulieri reddidit, sed iuris etiam iurandi eam vinculo absoluit. id vbi peractum est, Augusta expetitum à se Diogenem, per summum Patriarchæ ludibrium, thori, atque Imperij consortem adsciscit.

Constãtini obitus.

Vxoris perfid.

Xiphilini deceptio.

Rom. Diog. Imp.

Chri. Ann. 1068.

Chri. Ann. 1069. Eodem fere tẽpore Henricus Rex ductam ante bienniũ Vxorem Bertam repudiare in animum cum induxisset, P. Damiani Apostolici Legati denunciationibus territus, ab incepto destitit.

Eius-

Eiusdem Sedis Apost. Authoritate Guarnerius Episcopus Argentoratensis ob Simonię crimē deponitur. Cuius etiam postea flagitij Moguntinus, ac Bambergensis Antistites postulati, Romam euocantur. cæterum, quod dicto audientes statim fuerint, & emendationem in posterum spoponderint, mitius, quam pro crimine, habiti, dimittuntur. Chri. Ann. 1070.

Exindè Alexander Lucam Ætruriæ Vrbem profectus, cuius olim Ecclesiam, vt diximus, administrauerat, Templum inibi, ante decennium extrui à se ceptum, solemni ritu consecrauit; ac venerandis Sanctorum reliquijs, ex Vrbe secum allatis ditauit.

Huius ipsius anni nota inscriptæ visuntur æreæ valuæ Basilicæ S. Pauli Ostiensem extra Portam opere fusili, Constantinopoli, Pantaleonis Consulis pietate, atque impensa conflatæ.

Godef. Tusciæ Dux. Moritur hoc eodem anno Godefridus Tusciæ Dux ex Stemmate Ducum Lotharingiæ, cui Filius eiusdem cum Patre nominis cognomento Gibbus in eiusdem Lotharingiæ tantum Dinastia successit, Tusciæ administratione ad Beatricem Coniugem, quæ ex Bonifacio priori Viro Mathildem Filiam genuerat, delata. porrò quod ad Beatricis Stemma spectat, fuisse illam Conradi Augusti Filiam par est credere, quam Henricus, qui hoc tempore *Herm. & Sig. Chro.* *Bonif. Mathildes.*

re-

regnabat, Amitam agnouit.

Chri. Ann. 1071. Ostien. l. 3. c. 26. Altero ac septuagesimo sæculi anno, Desiderio Cassinensi Abbate, ac Rom. Ecclesiæ Cardinali id expetente, Alexander Pontifex Cassinum petit, recens inibi extructum Templum solemni ritu, ac pompa cõsecraturus: res acta est maiori quam vnquam antea celebritate, omnibus, qui Romæ erant, Cardinalibus illuc delatis, cumque his Archiepiscopis X. Episcopis XLIII. Principibus Viris compluribus Populi autem innumera multitudine.

Curop. Cedrẽ. Zon. Romanus interim Diogenes, prælio cum Turcarum copijs inito, in hostiũ potestatem venit. id Byzantij rescitũ cum fuisset, Michael huius nominis VII. Constantini Ducæ Filius Augustus appellatur, Eudocia exulare cogitur. sunt qui tradant captiuum apud hostes Diogenẽ, eorum Principis arrogantiam (non secus, ac olim Valerianus apud Persas) expertum, insilienti in equũ Barbaro scabelli vicem dorso prebuisse. porrò ab eo demum dimissus, Byzantium cum repeteret, Michaelis iussu capitur, ac luminibus orbatur. capite dein, ex suffossione, intumescente, ac vermibus scatente, humanæ imbecillitatis spectaculum factus, haud diu superuixit,

Diogenis captiuitas

Michael Ducas Imper.

Infœlix Diogenis conditio.

Hoc ipso tempore vixisse constat Theophilactum Byzantium genere, Acridanæ Vrbis, quæ Bulgarorum Metro-

Theophilactus.

tropolis est Archiepiscopum, cuius in quatuor Euangelia nobiles extant Commentarij.

Henric. depra-uatus.

Vigesimum ætatis annum vixdum excesserat Henricus, cum, domestico-rum consilijs deprauatus, insuper, immensis animi cupiditatibus explendis, pecuniæ auidior factus, in nobilium Virorum capita, atque fortunas debachari, Sacerdotia, atque Ecclesiastica vulgò Munera venalia habere, cum cœpisset, omnium in se odium, atque inuidiam conciuit. ergò Saxoniæ eum Populi, tum Germaniæ totius Proceres, atque Episcopi complures ad Alexandrum Rom. Pontificem deferunt. Is accusatorum numero, accusationum pondere permotus, Regem Romam ad crimina diluenda, ac iudicium subeundum, pro imperio, vocat. cæterum eiusdē Pontificis obitus rem tum quidem disiecit. Henricus eo solutus metu, libidini, atque auaritiæ frena laxius permisit.

Chri. Ann. 1071. Lam. bertus Vrsp. Chr. Frisi. l. 6. c. 34.

Accusatur apud Rom. Pont.

Chri. Ann. 1073.

Alex. P. P. obitus.

Defuncto Alexandro, Ildebrandus Soanæ, Tusciæ oppido, ortus Rom. Ecclesiæ Archidiaconus, qui Pontificatum ante Pontificatum fermè administrauerat, omnium non tam suffragijs, quam clamoribus in Petri solium euehitur, ac Gregorius huius nominis VII. appellatur. Is, diu obluctatus, cum onus illud excutere non alia ratione posse speraret, Henricū ipsum

Labb. Mar. Stot. Sigeb.

Greg. VII.

per

per Legatos rogat obtestaturque, ne suæ assensum electione prestet; si secus faxit, ipsius se mores haudquaquā toleraturum. ad hæc Episcopi complures, ab illius seueritate sibi ipsis timentes, eundem Regem etiam, atque etiam rogant, vt præferuidi ingenij hominem, suo malo, ne prouehat. his Henricus, quem Deus in reprobum sensum non dum dederat, haud quaquam permotus, Gregorij electionem ratam habuit. At ille Præsbyterio initiatus, mox Pontifex ritè cōsecratus, Legatos in Hispaniam primò, tum in Boemiam, denique in Galliam, atque Saxoniam hoc eodē anno mittit quà ipsorum Principum, quà Populorum mores ad Christianæ disciplinæ normam redacturus. tum Latium ipse, atque Campaniam lustrat: Cassinum quoque sub anni exitum inuisit.

S. Io. Gualberti obitus. Moritur hoc eodem anno IV. Idus Aprilis Ioannes Gualbertus magni nominis Cœnobiarcha, cuius res gestas, præter alios Atto Pistorienſis Episcopus luculento commentario tradidit.

Alteram exindè Legationem, eamque celebriorem, Gregorius Pontifex ad Henricum Regem instituit. Legationis munere functa est cū Episcopis quatuor ipsa Agnes Augusta Henrici Mater, quæ Romæ, ac demum Cassini morata, diu iam à Germania, ac Filij consortio aberat. Legationis porrò

Legatio insignis. Chri. 1074. Lāber.

cau-

causam fuisse constat veteré in Henricum querelam, quod Ecclesiastica munera, ac Sacerdotia nundinaretur; quam ob rem Anathemate perculsus iam fuerat; itaque cum, Legatis obuiam profectus, obsequiũ in eos summum præseferret, alloqui eos nequijt, donec, peracta criminum expiatione, Anathematis solutionem est meritus. porrò cum Legati Synodum ante reditum indicere percuperent, inhibiti à Bremensi Antistite sunt, quod diceret Legatum se esse Sedis Apostolicæ, nec nisi à se indici Synodum, aut cogi posse ipso Romano Pontifice absente. eam ob causam Legati, re infecta, Romam reuersi, authores Gregorio fuere, vt Bremensi Archiepiscopo sacris interdiceret.

Hĕric. excommunicatus.

Bremẽsis Antistetis prærogatiua

Hoc loco Author de Mathilde Tuscia Comitissa, de qua sæpius deinceps meminisse opportebit, sumpta ex Gregorij ad eam literis occasione, germanam tradit historiam. eamque à mendaciorum inuolucris probè vindicat. constat autem & nupsisse illam Godefrido Gibbero Victrici ipsius Filio de quo diximus, &, diuortio cum eo post sponsalia facto Virginem permansisse; hoc vero tempore trigesimum ætatis annum non dum attigisse, porrò ad vsque vndeseptuagesimũ peruenisse.

Mathildis genus.

Indicitur hoc eodem anno à Gregorio Synodus Romæ celebranda, ad quam

Synod. Romæ.

quam Episcopi Italiæ complures cum conueniissent, præter alia decretum, sæpius antea sancitum, de Clericorum castitate, iterum promulgatum est.

Ostien. l. 3. c. 44.

Eadem ipsa in Synodo Gregorius Robertum Guiscardum, quem hoc tempore experiebatur infestum, Anathemate perculit; ad hæc exercitu in eum conscripto (quinquaginta amplius militum millia religiosæ militiæ nomen dederant) eo illum terrore ad pristinum obsequium cum reuocasset, copias in Orientem, ac, si Deus annuisset, Hierosolymam transmittere in animũ induxerat, cæterum ob Henrici Regis inconstantiam, Fidemque ambiguam, desistere ab incepto cogitur.

Gui-scard. excom-catur. Bello petitur Greg. Ma-gnanimitas.

Quo pariter anno celebrata apud Angliam Synodus reperitur, in qua S. Vulstanus deponitur, tum, non sine Dei miraculo restituitur. rem gestam vitæ ipsius Sancti Viri Author tradit ex eo petendam.

Synod. Angl.

apud Sur. 19 Ian.

Eodem ferè tempore Galliæ Rex Philippus, ob illata Ecclesijs damna, à Gregorio increpitus, Legatis ad eum missis, pariturum se religiosissimè pollicetur.

Chri. Ann. 1075.

Sequenti anno coacta Romæ Synodo ex omnibus Occidentalis Orbis Regionibus, Episcopi plures, Simoniaca præsertim adsperſi labe, depositi; Sacrorum Ministri reliqui coerciti,

Synod. Romæ.

atque

atque ad sacrorum Canonum custodiam reuocati sunt.

At verò Henricus, Saxonibus hoc anno domitis, quos perduelles passus diutius fuerat, ea iam solutus cura, metuque, obsequium exinde omne in Gregorium abiecit. itaque eo, vt creditum, stimulante Cincius Vrbis hoc tempore Præfectus, ipsa natali Christi nocte, Pontificem sacris operantem, irruptione in Templum facta, capit, ac custodiæ tradit. cæterum prima statim luce, re vulgata, vis in violenti hominis caput vertit. obsessus etenim ipse à Populo, Pontificem dimittere, & suarum rerum iacturam facere coactus est. *Lamb.* *Cincius.* *Pontificē capit.*

His Gregorius haudquaquam territus, Henricum sacra iam, & profana omnia miscentem, paternè anteà monitum, piorum cætu indignum pronunciauit. At ille Vuormatiæ Conuentu Episcoporum habito, Gregorio Pontificatum abrogat, non tamen impune; Saxonibus quippè facinus detestantibus, tum alijs Germaniæ Populis, Proceribusque eadem cum illis sentientibus, bellum atrox aduersus contemptorem Numinis Regē conflatum est; quo, impar viribus Henricus, iniquas pacis conditiones subire cogitur. iussus itaque est exercitum dimittere: Schismaticos Episcopos, turbarumque Authores reliquos Aula ex- *Hēric. iterū excommunicatur.* *Leges à subditis accipit* *Chri. Ann. 1076* *Greg. l. 3. ep. X.* *Labb.*

expellere: Romam proficiſci: Anathematis abſolutionem petere: donec impetret, Regni adminiſtratione abſtinere. illud quoque addi um, niſi intra annum abſolui ſe curet, nullam recuperandi ſpem Regni ei reliquam fore. His, volens nolens, aſſenſus cum fuiſſet, amicis, ac Clientibus deſtitutus, rerumque omnium indigus, quod nemo illum non auerſaretur, iter in Italiam ſuſcipit. cæterũ ingreſſus Alpes, à Germanis eas Militibus obſeſſas inuenit, qui tranſitu ipſum prohiberent, non aliam, vt videbatur ob cauſam, quam, vt præſcriptus interim ad abſolutionem annus elaberetur. quamobrẽ malè apud omnes audirẽ, qui aduerſus illum arma ſumpſerant, Principes cœperunt, quaſi non Zelo offenſi Numinis, ac læſæ Pontificiæ authoritatis, ſed inſana regnandi libidine religionis velamento honeſtiſſimè obuoluta, perduellionis conſilia agitaſſent. pudore itaque, metuq. veluti in crimine ipſi deprehenſi, liberum demum Regi tranſitum permiſere. *Infœlix eius cõditio.*

Chri. Ann. 1077. *Läber.* Canuſium interim, Mathildis Oppidum munitiſſimum, eadem deducente, Gregorius venerat, eò delatus ſupplex Henricus Pontificias extra ædes nudis pedibus, ſub dio, perfrigido anni tempore, ieiunus ad veſperam perſtitit. id cum iterum, ac tertiò incaſſum præſtitiſſet, quarto demũ die admiſſus, *Hẽric. Supplex.*

Absol-uitur. missus, ac Gregorij pedibus aduolutus, Anatematis tandem vinculis solutus est; conditione tamen adiecta, vt cogendæ apud Germaniam Synodo, sisteret se, ac Iudicium, obiecta crimina diluturus, subiret. rem testatã Lambertus eius temporis Author Germanus Homo, suæque Gentis gloriæ studiosissimus fusè tradit, quem consulere operæ præcium erit. vix alia vmquã expiationis, ac christianæ pietatis species illustrior fuit, si perindè vera fuisset, & non potius ad tempori inseruiendum, vt res docuit, simulata.

Mathildis donatio. Post Henrici in Germaniã reditum, Canusij Pontifex tribus ferè mensibus substitit, vbi dum moratur, Liguriam, ac Tusciam à Mathilde recipit Donatione ad posteros memoranda.

Interim non tam Germaniæ, quam Insubriæ, ac totius Cisalpinæ Galliæ Episcopi Gregorij seueritatem, quam experti antea fuerant, pertimescentes, permotis ad seditionem Populis, Henrico ad perfidiã prono Authores fuere, vt Pontificis, seu verius Christi iterum iugum excuteret. illum igitur Gregorius, qui iam Romam redierat, humana, ac diuina iura proculcantem, Anathematis iterum fulmine ictum, Regni titulis, ac iure exuit; quo factũ, vt Germani statim Proceres, seu qui Regis perfidiam, diuino zelo incitati, detestarentur, seu qui fortunæ inuiderent,

Henric. tertio excommunicatur.

rent, aut, humanis rationibus rem metientes, magnitudinem suspectam haberent, resumptis in eum armis, cum ipsius Filium impuberem in Regnum euehere cogitassent, denique Rodulfum Sueuiæ Ducē promouent; illumque Moguntiam perductum, à Sigefrido eius Vrbis Antistite consecrari curant. porrò incōsulto id Rom. Pontifice factum, ipsemet tradit, qui idcirco ratam illius electionem habere noluit, licet enixè expetentis, ac Filium obsidem, & prolixè alia pollicentis. illud tantum, cum Henrici viciſſim literis, ac legationibus vrgeretur, professus, pro Apostolico sese Imperio vtriusque caulam legitimè cognituru, si suum ipsi iudicium subire ex æquo non detrectarent.

Marian. Scot. lib. 7. ep. 14.

Sax. Gram. l. xi. Obijt hoc anno Sueno Danorum Rex, de quo illud traditur memorandum, cum cædem intra Ecclesiæ septa imperasset, eaque de causa à Vuillelmo Episcopo sacris ei fuisset interdictum, Regijs insignibus depositis, obsoleta in veste, nudisque pedibus pro Templo constituisse, tū humi procumbentem, solumque sæpius deoscultum, tamdiu moratum ibi esse, donec Episcopus, qui sacris eodem in Templo operabatur, manu præhensum, erectumque, piorum cœtui restitueret. *Sueno Dan. Rex.*

Agnetis Aug.

Quo tempore Agnes Aug. Henrici mater Romæ diem clausit extremum; *g. obi-*

cum annos ibidem complures ad Principis Apostolorum limina excubasset.

Synod. Roma. Sequenti anno, coacta Romæ Synodo, Gũbertus Rauennas, Theobaldus Mediolanensis, alijsque præcipuarum Vrbium Antistites complures, Simoniæ, aliorumque criminum comperti, damnantur. porrò si quis alia eodem in conuentu gesta decretaue nosse cupiat, illius Acta consulat, quæ inter ipsius Gregorij Epistolas leguntur; ex quibus erroris eos arguas, qui Regnum Henrico tum ademptum, Rodulfo assertum mentiuntur. Chri. Ann. 1078 Greg. l. 5. ep. 13. Mar. ann. tus.

Henricus interim Rodulfum, acie victum, in fugam vertit, viciſſimque ab eo vincitur, fugaturque. l. 7 5. 10

At Gregorius Pontifex his de rebus, vt par erat sollicitus, Legatos vtriusque Romam euocat, indictaque iterum apud Lateranum Synodo, amborum iura æqua lance expendit.

Nicep. Botoniates Imp. Eadem in Synodo Anathemati subijcitur Nicephorus cognomento Botoniates, qui Michaelẽ Ducam Orientalis Imperij Augustum probum, ac religiosum Principẽ cum Maria Coniuge, Filioque Constantino haud ita pridem captos, in Cœnobiũ detonsos coniecerat, ac Imperium inuaserat. porrò de Michaelis pietate, ac effusa in Cassinenses Monachos munificentia, Leo Ostiensis multa scribit. Cur. Lõg. hist. lon. l. 3. 38. Chri.

Synod. Roma. Nouo subeunte anno Synodus alia Ro- Ann. 107

post ep. Greg. 17. Romæ cogitur, in qua Octogenarius iam Senex Berengarius sæpius ad pœnitentiam reuocatus, relapsusque, iterum abiurans hæresim, catholicam Fidem iureiurando profitetur. operæ precium erit eius iusiurandum apud Acta huius Synodi quę extant, *quæque apud Authorem hic habentur*, legere. *Berēg. hæresĭ quinto abiuprecium erit eius iusiurandum apud rat.*

Sax. Gram. l. xi. Eodem anno Haraldo Daniæ Rege, qui Suenoni Patri haud ita pridē succesſerat, vita functo, Canutus Frater Regnum adipiscitur, statimque literis ad Gregorium datis, eius sese Clientelæ tradit.

l. 7. ep. 5. 6. & 10. Post hæc Gregorius Legatos in Angliam ad Synodum ibi habendam, tum in Hispaniam ad Alfonsum Regē mittit, quē ad rerum humanarū contemptum hortatur. denique ad Ladislaum Vngariæ Regem, non aliam sanè ob causam, quam vt Sanctorū eo in Regno Reliquiæ diligentius perquisitæ, ac decentius reconditæ, impensiori deinceps honore, atque frequentia colerentur. *Synod. Anglicana.*

Lōgin. hist. Polon. Ad huius anni veluti coronidem apponenda est purpurea Staniſlai Martyris palma, quem Cracouiensem Episcopum Sanctitate conspicuum Boleslaus impius Rex ipso in Altari sacris operantē trucidari iussit. immanis parricidij nuncio ad se perlato Gregorius Gnesnensi, cæteriſque Regni Episcopis edixit, Regnum vti vniuersum Ec- *Stanislaus Mart. Regnū dictoſus. bijci-*

Noxio rũ pœna.

cleſiaſtico ſubijcerent interdicto. tum Boleſlaũ ipſum Regio exuit nomine, ac iure; ſubditos verò eidem populos ſacramenti religione ſoluit: Sacrilegij vtcumque participes, culpæque affines, tum eorũ, ad quartam vſque progeniem, poſteros honorum, ac dignitatum, eccleſiaſticorum in primis munerum indignos, atque exſortes pronunciauit. Gregorij literas ſequuta eſt ipſius Numinis vltio. quippè Rex impius, alter veluti Caim, emota ſtatim mente, in inſaniam lapſus, dum profugus omnium conſortium exhorreſcit, à canibus diſcerptus, voratuſq. eſt, memorandum diuinæ vltionis documentum.

Boleſlai exitus.

Subit annus Chriſti octuageſimus ſupra milleſimum, cuius exordio Gregorius Vratiſlaum Boemiæ Ducem initæ cum Schiſmaticis communionis coarguit; rogatuſque ab eo, vti eius Prouinciæ Populis permitteret vernacula, quæ Schlauonica erat, lingua ſacras literas tradere, ſacraſque precationes recitare, haud quaquam annuit, illis allatis argumẽtis, quæ hanc ipſam in rem aduerſus huius temporis Nouatores afferri ſolent; vt appareat recens inuentum nõ eſſe, quod hi blaterant, ſacrorũ Oraculorũ lectura, inhibita illorũ in vernaculam linguã verſione, infimæ plebeculæ interdicere.

Sac. lit. in verna culam linguã verſio.

Subinde apud Lateranum Synodus habe-

post ep. habetur cuius Acta inter ipsius Gre-
14. *l.* 7 gorij Epistolas tute consule. in ea ite-
rum Anathema in Henricum Regem *Hēric.*
Christianæ pietatis Hostem, multiplici *iterū*
nomine Ecclesiæ communione indi- *excom*
gnum, pronunciatur, cuius formulam, *muni-*
quæ apud eadem habetur Acta, non *catur.*
erit ociosum perlegere. porrò non *Regno*
ante hoc tempus, abrogatum Henri- *priua-*
co Regnum, Rodulfo collatum est, *tur.*
cui & regiam Pontifex caronā misit.

At vero Henricus, his auditis, Mo-
guntiam Episcopos euocat, quibus
Authoribus Pontificatus, si Deo pla-
cet, Gregorio abrogetur. vndeuigin-
ti non amplius adfuere. visum itaque
est, vt frequentior eorum numerus es-
set, ad Italiam propius accedere. Bri-
xiam itaque, quam & Brixinonem
vocant, Norici olim, nunc Tirolis,
Vrbem, cum ipso Henrico Episcopi
conueniunt XXX. ab his Gregorius,
multis in eum confictis criminibus,
Pontificatu indignus pronunciatur:
Guibertus Rauennas, qui & ipse ade-
rat, Clementis nomine eidem indito, *Clem.*
Rom. Pontifex appellatur. ad hæc *Anti-*
omnes, Rex in primis, Idolum suum, *papa.*
ter humi procumbentes, adorant. ex-
tant Henrici ad Gregorium tum datæ
literæ conuiciorum refertissimæ. Iscri-
psit insuper ad Rom. Populum, ac
Christianos Principes complures; sed
diuino plane consilio factum est; vt

Guiscard. supplex. hoc ipso tempore Guiscardus dudum à Gregorio Ecclesiæ hostis, ac piorũ cœtu indignus pronunciatus, Romã, crimina expiaturus, veniens, Pontificis pedibus aduolutus, Romanæ sese Ecclesiæ Clientem agnosceret, eiusq. defensionem, sacramento interposito, polliceretur. extat iurisiurandi ab eo tunc prestiti adhuc formula inter eiusdem Gregorij Epistolas, ipsiusque, vt vocant, Inuestitura, annuique persoluendi Census ab eo facta pollicitatio.

Eius pollicitatio.

Annuus census. huiusmodi porrò census, quod & alibi innuimus, fuit denariorum XII. pro vno quoque iugo bouum.

Hẽric. Victoria. At Henricus in Germaniam redux, collatis cum Rodulfo signis, dum victus fugam meditatur, Deo ita moderante, Rodulfo ex vulnere extincto, victoria ipse potitus est. Eodem fere tempore venerandum Matthei Apostoli corpus Salerni inuentum est, quò translatum ante annos amplius centũ, ibique ob bellicos tumultus abditum, ex memoria Incolarum effluxerat. visus est Apostolus tum maximè sese rediuiuum quodammodo exhibere, vt Gregorium, quod mox contigit, rerum humanarum iactatũ fluctibus exciperet ea in Vrbe supremam diem, ipsius veluti in complexu, clausurum.

s. Matthei corpus.

Dum hæc apud Occidentem peraguntur, Byzantij Nicephorus, post Tyrannos complures fœliciter deiectos,

Deo,

Deo, quæ in Michaelem ipſe antea patraſſet, vlciſcente, ab Alexio Comneno pulſus, in Cœnobium detruditur. hæc pluribus Ioannes Curopalata, qui & hic finem ſuæ hiſtoriæ imponit, ex qua pleraque omnia Cedrenum, ac Zonaram mutuatos conſtat. *Alexius Cõnenus Imp. Io. Curop. hiſtoricus.*

Chri. Ann. 1081. Nouo ſubeunte anno Synodus iterum apud Lateranum cogitur, iterumque Anathematis ſentẽtia in Henricum, ac Guibertum Pſeudopontificem fertur. *Synod. Roma. Hẽric. iterũ excommunicatur.*

Quo tempore Robertus Guiſcardus, traiectis in Orientem copijs collatiſque cum Alexio ſignis, Victoriam memorabilem reportauit. *Guiſc. Victoria.*

Henricus poſt hæc Rodulfi morte, in tuto iam res ſuas in Germania collatas cernens, profectionẽ in Italiam, Gregorium deiecturus, parat. exercitu itaque comparato, Romã infeſto agmine petit; ad quam tamen non ante ſequentem annum caſtra admouit.

Canutus interim Danorum Rex religioſiſſimus, dum renuentem Populũ ad decimas Eccleſijs perſoluẽdas adigit, ſeditione excitata, in Templo, quò confugerat, multis vulneribus confoditur, *ex quibus*, vt ait Saxo, *plus gloria, quam cruoris effluxit.* poſt Canutum Olauus Frater Rex conſtituitur. *Canutus Rex mart.*

lib. xi.

Chri. Ann. 1082. Exindè Henricus Romam delatus, arcta illam obſidione cingit. cæterum moræ impatiens, inſuper Saxonũ motibus, *obſides* *Olauus. Hẽric. Romã*

tibus, qui Hermannum Lotharingium Regem dixerant, perculsus, haud ita multò post, Guiberto cum copiarum parte Tibur amandato, ipse in Cisalpinam Galliam regreditur,

Recedit.

Alexius porrò Græcus Imp. qui ex Templorũ donarijs exhaustũ ærarium repleſſet, id malè sibi, ac Reip. cessisse, ex accepta à Northmannis clade, animaduertens, in posterum quacumque demum ex causa, id nè fieret, memorabili sanctione edixit, *quam dignam Annalibus Author hìc recitat omninò sanct. legendam.* to. 3. bibl.

Iterũ ad eã accedit.

Sequenti anno Henricus Romam iterum inuadit, factoque in Vrbem Leoninam impetu, eam vi capit, iniectoque in Principis Apostolorũ Basilicam igne, illius Porticum incendit.

Vrbẽ Leoninã capit.

Chri. Ann. 1083.

tum munitione summo in Vaticani Collis fastigio, quà eidem Basilicæ imminet, excitata, ac militum præsidio firmata, iterum recedit, pactis cum Romanis Ciuibus inducijs, donec Synodus iterum apud Lateranum haberetur, quæ Nouembri demum mense peracta est, nulla re tamen memorabili in ea gesta ob Episcoporum infrequentiam, quibus tutus ad eam aditus ab Henrici tyrannide nequaquam fuit.

Synod. Roma.

Chri.

Roma capitur.

Subit annus sæculi LXXXIV. quo Roma, post triennalem, licet non adeò arctam, obsidionem capitur, non ferro, sed auro.

Ann. 1084. *Ostien. l. 3. 4*

Ale- 53.

Alexius Imperator, quò infestissimum sibi hostem Guiscardũ ex Thracia in Italiam reuocaret, ingentem pecuniæ vim Henrico transmiserat, quocum fœdus in Northmannos inierat. ea Henricus non ad bellum Apuliæ, quod pollicitus Alexio fuerat, inferendum, sed ad Romanos demerendos vsus, eorum aliquot ad Vrbis proditionem impulit, quorũ auxilio Auentinum occupat, ac Castra ibidem munit: tum Lateranum facili negocio recipit, suoque inibi Pseudopontifice, quasi iam in propria Regia, collocato, Augusti nomen, atque insignia ab eo recipit: Gregorium, qui in Hadriani sese Molem receperat, adoritur, ac vi maxima oppugnat. Hæc dum maximè Rex impius molitur, Roberti aduentu cognito, qui, Boemundo Filio in Thracia relicto, Gregorio Pontifici subsidio properabat, deformi fuga Vrbem deserit, Veientum in Oppidum, quod nunc Ciuitas Castellana dicitur, sese recipit; nec diu ibidem moratus, Germaniam inglorius repetit. belli vis in Romanos, qui Henrico fauerant, versa est, quorum domus à Roberti milite direptæ, subditoque dein igne incensæ sunt.

Hẽric. perfidia.

a Pseu dopõt.

coronæ tur.

Fugatur à Guiscardo.

At Robertus de reditu in Thraciam sollicitus, recedens Vrbe, Gregorium, cui infensos Romanorum multos cernernet, secum abducit Salernum. Clas-

Rogerius. se inde cum Rogerio Filiorum altero in Thraciam soluens, obuias Græcorum naues, prælio inito, magna ex parte capit, aut mergit.

Sequentis anni exordio Saxones eorumque Rex Hermannus, Apostolici Legati authoritate Synodum apud Turingiam celebrant. huius statim decreta, qui Henrico studebant Schismatici Episcopi, ac Guiberti Pseudopontificis Legati Conciliabulo Moguntiæ habito, contrarijs decretis abrogant. *Synod. in Turingia.* Chri. Ann. 1085. *Vrsp. Chron.*

Duo interim veluti Orbis lumina extinguuntur; Gregorius Pontifex Salerni, Robertus Guiscardus extra Italiam Orientali bello non dum peracto. eius cadauer Venusiam Apuliæ Vrbem relatum est. *Ostien. l. 3. c. 56. Greg. & Guiscard. obitus.*

Gregorij obitum, quem celebri memoria Ecclesia recolit, annuum fere interregnum est subsequutum; id tum alias ob causas, tum ex insueto obtrudendi, recusandique summi honoris certamine accidisse ferunt. Desiderius Cassinensis Abbas, idemque Romanæ Ecclesiæ Cardinalis adigi vix demum potuit, vt tantum onus subiret. Is igitur in Petri solium euectus, Victor haud vano auspicio appellatur. Chri. Ann. 1086. *Ostien. c. 65. Victor. III.*

Henricus interim apud Herbipolim à Saxonibus, qui eam tum Vrbem obsidebant, acie victus, regijs depositis indumentis, vix fuga elapsus est. *Bertol. Henric. vincitur.*

Hoc

Hoc eodem anno Cartusiæ Solitudo incoli est cepta ab Hugone Episcopo Gratianopolitano, ac Brunone sacri illius instituti Authore; quæ Cartusiensis Ordinis origo notatur. *Cartusiensis Ordo*

Chri. Ann. 1087. Subindè Victor Romæ solemni ritu consecratus Casinum repetit, nec ita multo post, Mathildis precibus, quæ Romam venerat, reuocatur. cæterum, qui Henrico studebant, Romanis Ciuibus turbas maximas ciẽtibus, Beneuentum statim proficiscitur, coactaque ibidem Synodo, bellum aduersus Sarracenos decernit; Genuensium itaque, ac Pisanorum Classe copijs in Affricam deportatis, deuictos Barbaros Rom. Ecclesiæ tributarios fecit. Post hæc alterum in Pontificatu annum agens, extremum expleuit diem, Octone Episcopo Ostiẽsi Cluniacensis instituti Alumno, qui sibi in totius Ecclesiæ regimine succederet, præcæteris, commendato. *Mathildes Romana.* *Ostien. l. 3. c. 67.* *Bertol.* *Sarracenica.* *Ro. Ecclesiæ tributarios.* *Victoris obitus.*

Chri. Ann. 1088. Hic igitur, ex Victoris destinatione, legitimè electus, Terracinæ solemni ritu inauguratur, atque Vrbanus hoc nomine II. appellatur. rem gestam Petrus Casinẽsis Diaconus tradit, cuius est opus Auctarium ad Leonẽ Ostiensem, & Commentarium de viris illustribus Casinensis monasterij. *Vrbanus II.* *Chron. Cass. l. 4. c. 2* *Petrus Casinensis historicus.*

At vero Vrbanus Pontificatum statim adeptus, Casinum petit, quò statim, ad obsequium ei præstandum Ro-

gc-

gerius, ac Boemundus Guiscardo geniti conuenere.

Eccl. Tolet. primatus. Hoc eodem anno Ecclesiæ Toletanæ Hipaniæ totius Primatus conceditur, cuius rei testis Vrbani extat Diploma ad Bernardum Archiepiscopum datum.

Quo pariter anno Saxones, Hermanno Rege vita functo, Eggebertum, & ipsum Henrici Hostem, eidem

Berengarij obitus. substituunt. Hoc tempore Berengarius carioſę iam ætatis Senex, qui falsa Ecclesiam pœnitentia toties eluserat, diem clausit extremum, non tamen extra Ecclesiæ communionem, quam postrema hæresis abiuratione vtcumque promeritus est, quod ex eius Epitaphio constat: quamquam ex Lanfranchi Cantuariensis Archiepiscopi Epistola in contrariam sententiam trahimur.

Papir. massi. Ann. Frãc. l. 43. ap. Vv ill. Malm l. 3.

Vrbanus post hæc Romam profectus, Tiberina in Insula constitit, Clemente Pseudopontifice reliquam fermè Vrbem obtinente. cæterum coactis Romæ Episcopis amplius Centũ,

Synod. Roma. Vrbano indicente, Romanorum, quoque in eum studia excitantur; quò factum, vt Clemens, omni destitutus ope, Vrbe simul, & Pontificatu cedere coactus sit, ac iureiurando illum se haudquaquam repetiturum polliceri.

Chri. Ann. 1089.

Synod. Troiæ. His peractis Vrbanus in Apuliam proficiscitur, ac Troiæ Synodum celebrat,

39. q. lebrat, cuius fragmentum Gratianus
5. recitat, quod apud Magistrum quoque
d. 4. c. sententiarum inuenies. Visum est autẽ
21. eidem Vrbano ob publicum Ecclesiæ bonum Mathildem Comitissam, inuitam licet, nuptui tradere Vuelfoni Bauariæ Duci strenuo Catholicæ Ecclesiæ defensori. huic Vuelfo eiusdem nominis Pater, Azo Ferrarien sis Marchio Auus fuit. Mathildem porrò cum Vuelfone quoque Virginem permansisse constans est fama, & Bertoldus Constantiensis huius temporis scriptor diserte tradit ex vtriusque Coniugis testimonio.

Mathildis secundæ nuptiæ

Virgo permanet.

Initum hoc eodem tẽpore est prælium inter Henricum, atque Eggebertum, victusque Henricus, fuga elapsus est.

Sigeb. Chr. Anto- nin. Hist. p. 2.

Grassabatur hoc tempore vulgaris lues adeò noxia, ac dira, vt quos tetigisset, igne sacro aut absumeret, aut membris fœdè mutilaret. translatum Byzantio tum fuerat Antonij Magni corpus in Galliam, atque ad Motam S. Desiderij, Prouinciæ Viennensis, Vrbani iussu, collatum fuerat. ibi omnes eo morbo tacti, (mirum dictu) confestim sanabantur. quodq. mirandum adhuc magis, siquis postea, aut periurio, aut blasphemia in Sanctum peccasset, eodem confestim morbo corripiebatur. hinc in eundẽ Sanctum cultus mirè est auctus; nec in Gallia tan-

Ignis Sacer.

S. Antonij cultus.

tantum, verũ apud alias quoque Chri-
Eius implo-ratio super igne. stiani Orbis Regiones super igne eum
implorandi mos inoleuit.

Seculi anno XC. Vrbano id agente, Chri. Ann. 1090.
Galliæ Episcopis Tolosæ Italicis Mel-
phi apud Apuliã magno numero coa-
Synod. dupl. ctis, Conuentus vtrobique celebran-
tur. *huius Acta, ex Vaticano Codice* 1. q. 1
Author hic refert à Gratiano quoque, c. 3.
Roge-rij cliẽ sela. licet non integra, relata. Hac eadem dist. 21
in Synodo Rogerius Rom. sese Eccle- c. 1.
siæ beneficiariũ agnouit, receptoque *Roma.*
Ducis titulo in Rom. Pontificis verba, *ald.*
ex præscripto, iurauit. *Chr.*

At Romani Ciues, nescio qua animi Chri.
vertigine agitati, Clementem iterum Ann.
Pseudopontificem, haud ita pridem 1091.
Vrbe pulsum, recipiunt; atque Ha-
driani Molem, dolo interceptam, pro-
pugnaculis spoliant. auctæ Schisma-
Hẽric. in Italiam. ticorum vires fuerant Henrici in Ita-
liam aduentu, qui post Mantuam diu
obsessam, ac demum dolo captam,
ibidem substiterat, Eggeberto Rege
Regni æmulo iam extincto, ergò Vr-
Synod. Bene-uenti. banus, Episcopis iterum euocatis, Sy-
nodum celebrat Beneuenti, in qua la-
ta pridem in Schismaticos omnes Ana-
thematis sententia confirmatur.

Cæterum dum Rex impius in Ec-
Berẽg. Prin-ceps. clesiam debacchatur, Barcinonensis
Princips Berengarius Tarraconẽsem
Vrbem de Sarracenis receptam Rom.
Ecclesiæ donat, cuius rei monumen-

tum

tum ipsius Principis extat Diploma.

Chri. Ann. 1082. Roma interim sub Clementis potestatem ita transierat, vt, non nisi Leonina Ciuitas, Vrbano pareret, quò Is hoc tempore, ex Campania delatus, apud Apostolorum Principis Basilicam aliquandiu substitit.

Quo tempore Iuo Vir æquè doctus, ac Sanctus, cuius præclara extant monumenta Carnotensium Episcopus consecratur. *Iuo Carnotensis.*

Petr. Ven. in vit. l. 2. c. 28 At vero Vrbanus accersitum hoc anno ex Cartusia Brunonem, eius consilio, in rebus gerendis, vsus, triennio ferè apud se habuit. *S. Brunone Roma.*

Sax. Gram l. 12. Eodem fere tempore Ericus Rex Danorum, qui Olauo Fratri, superiori anno vita functo, successerat, iudicio ab Hamburgensi Antistite postulatus, appellatione ad Sedē Apostolicā, interposita, Romā ad Vrbanum venit; nec absolutus modo Pontificis sententia Rex est, sed eius quoq. Regni Ecclesiæ à Primatu Hamburgensis exemptæ; insuper, Archiepiscopo eidem Regno dato, Primatus in Norvegiæ Sueciæque Episcopos tributus est. *Ericus Rex Romæ.*

Hoc item anno Vrbanus Pontifex Salernum profectus, Cluniacense ad Cauam Metellianam Cœnobium intrisit, Templumque inibi solemni ritu consecrauit. Profectus indè in Apu-

Chri. Ann. 1093. liam, Synodum apud Troiam eiusdem Prouinciæ Vrbem celebrauit. *Synod. Troiæ.*

Non-

Nondum receſſerat ex Italia Henricus, cum eius Filius Conradus, Vuelfone, ac Matilde adnitentibus, iniuſſu Patris Italici coronam Regni aſſumit Mediolani. itaque omnium ſtudijs in eum verſis, Henricus Pater in ſumma rerum deſperatione Veronam recipit ſeſe, ac diu ibidem, obſeſſo ſimilis, moratur.

Cõradus Italiæ Rex.

Per idem tempus maximum Chriſtianis Orbis, non Eccleſiæ modo Anglicanæ decus, Anſelmus, ſex Monacho, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſummo totius Regni bono, legitur.

S. Anſelm.

Sur. 11 April.

Philippus interim Rex Galliæ amoris œſtro, an leuitate, legitima Vxore eiecta, Fulconis Comitis Andegauenſis coniugem, & ſanguine quidem ſibi iunctam fœminam ſociauerat. eam ob cauſam, Iuone in primis reclamante, Synodus Epiſcoporum cogitur Hugone Lugdunenſi Antiſtite Sedis Apoſtolicæ Legato indicente. in ea Regis facinus improbatum, Rex ipſe Anathemati ſubiectus eſt.

Philip. Gall. Rex.

Chri. Ann. 1094.

Synod. apud Gall.

Eodem fere tempore, vt Veneti ſcriptores habent, inuentum eſt D. Marci Euangeliſtæ ſacrum Corpus miraculo demonſtratum.

D. Marci corpus inuentũ.

Exinde Vrbanus Pontifex in Tuſciã Profectus, Piſas diuertit, eiuſque Vrbis Eccleſiam Archiepiſcopali dignitate ornauit. Poſt hæc Placentiæ Synodum, non Italiæ modò Antiſtitum,

Piſa Archiepiſcopatus.

Chri. Ann. 1095.

Bertol.

Synod.

ſed

Sigeb. sed Germaniæ quoque, ac Galliæ ce- *Placē-*
Frisin lebrauit. tum verò in Galliam ipse *tina.*
lib 7 delatus, Conuentu alio apud Claro- *Item*
Vuill. montem Aruernorum Vrbem habito *Claro-*
Tyr. Episcoporum amplius CC. Christia- *mōta-*
l. 1. nos Principes ad sacrum Hierosoly- *na.*
P. Ae- mitanum bellum accendit. militiæ ve- *Bellū*
mil. l. luti tessera Crux purpurea fuit dextro *sacrū.*
4. humero assuta. porrò illud mirum in tanto celeberrimę expeditionis apparatu, nihil sacerdotalis seueritatis remissum, ipsumque Regem Philippum ob sanctissimas coniugij leges violatas, nec dum resipiscentem, Anathemati iterum subiectum, *eiusdem verò Synodi Decreta alia nosse siquis cupit, Authorem consulat ea hìc fusè referentem,* *Vrbani seue ritas.*

Eodem fere tempore Angliæ Rege Pseudopontifici adhuc patrocinante, Anselmo contra Vrbano, vt par erat, inhærente; Conuentu ea de re habito, Sanctus Præsul Episcoporum defectione, ac Regis minis haud quaquam fractus, tandem peruicit.

Himar. Dira Lue, vt diximus, ab igne sacro *Ordo*
Anton. Viennensem in primis Prouinciam po- *minis-*
nin. pulante, Ordo ministrantium infirmis *trātiū*
Gastone Viro Nobili, ac Gerino Filio *infir-*
Authoribus hoc anno instituitur. *mis.*

Chri. Vrbanus interim, qui ad sacrum bel-
Ann. lum promouendum apud Galliam sub-
1096. stiterat, Germaniæ Episcopos complures à Schismate recedentes in gratiam

tiam recipit: Philippum Regem, incestis solutum nuptijs, pœnam deprecantem, piorum cœtui restituit.

Sacra expeditio.

Vrbani classico excitati Galliæ Proceres, quorũ fortissimus Godefredus, Byzantium inter arripiunt. his iunguntur Petrus Eremita, atque Episcopi nonnulli, quos inter Ademarus Podiensis Antistes Apostolica Legatione functus eminuit. *Vuill. Tyr. l. 1. c. 18*

Bonfilius Episcop. Fulginei.

Nec reticendus est Bonfilius Auximanus, Sanctissimus Fulginei apud Vmbriam Episcopus, qui, & alios nonnullos suæ ipsius Diœcesis sacrorum Ministros secum duxit. *Lud. Iacobil. in vit.*

His Vrbanus Pontifiex, summa cum gloria apud Galliam peractis, Romam reuertitur.

Sequenti anno qui seculi fuit septimus, ac nonagesimus, Græcos, vt sacro bello adiumento essent, Rom. Ecclesiæ conciliaturus, Barium Apuliæ Vrbem euocat Synodum ibidem celebraturus. dum ad condictã diem Patres cõueniunt, Rogerius Siciliæ Comes bellum eiusdem nominis ex Roberto Fratre nepoti Rogerio Apuliæ, ac Campaniæ Duci infert, Vrbemque Capuam obsidet. Vrbani tamen authoritate intestinum bellum haud ægrè componitur, vtroque Principe ad eum, Salernum, conueniente. *Chri. Ann. 1097*

Synod. Barij. Rogerij duo

Sicula Monarchia.

Hoc loco Author prolixam admodum disputationem instituit de Sicula,

la, quam vocant, Monarchia, qua Diplomate Vrbani nititur, quod hoc anno Salerni ab eo datum legitur. qua de re, quod compendio à nobis tradi ex instituto vix possit, Authorem ipsum Lector curiosus consulat.

Cron. Caff. l. 4. c. xi. Pace itaque inter Rogerios composita, Iunioris Frater Boemundus ardore animi miro ad sacrum bellum accingitur. ferunt illum, sericum pannum afferri iussum, innumera in frusta, ad Sacras Cruces, militiæ tesseras, concinnandas, conscidisse. *Boemũdi ardor.*

Vuil. Tyr. l. 3. c. xi. Gallorum interim copiæ Byzantium transgressæ, obuijs vbique Turcis fœliciter profligatis, Nicæam, nobilem Bithyniæ Vrbem capiunt.

Vuil. Malm Idem hic annus Margharitæ Scotiæ Reginæ fœlici ad Deum transitu illustratur. *Margarita Scot. Reg.*

Chri. Ann. 1098. *Vuil. Malm Sur. April.* At in Vrbem redux Vrbanus Synodum in ea cogit, cui Anselmus Archiepiscopus, qui Barienſi quoque adfuerat, interfuit. Anselmi porrò res præclare gestas tum Villelmus Malmesburiensis in historia Pontificum Anglicanorum, tum peculari Commentario Edinerus qui ei à commentarijs erat, summa fide posteris tradiderunt. *Synod. Romæ.*

Vuil. Tyr. l. 5. c. 23 Capta hoc eodem anno traditur à Christianis apud Orientem copijs, præter alias complures, Syriæ Vrbs maxima Antiochia.

Quo

Ordo Cisterciensis.

Quo tempore Sedis Apostolicæ authoritate prima Cistercienſis Ordinis fundamenta iacta peribentur. *Sigeb. Chro.* Chri.

Vrbani obitus.

Nouo ſubeunte anno Vrbanus Ælia demum potitus Arce, ac Synodo ex more habita viuendi finem fecit, dum Ann. 1099.

Hieroſol. capta.

apud Orientem Hieroſolyma, Godefredi in primis virtute, capta eſt. res omnium ore decantata, ac multorum ſcriptis tradita, notior eſt, quam vt à nobis pluribus ſit recenſenda. Captæ Vrbis Patriarcha eligitur Daibertus Piſanus Archiepiſcopus, idemque ſedis Apoſtolicæ Legatus, à quo Godefredus omnium ſuffragijs Rex appellatus, noui Regni Inueſtituram, quam vocamus, recepit.

Libri XI. finis.

AN-